



## Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

## Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

## Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.





**INDIANA  
UNIVERSITY  
LIBRARY**













**SERVII GRAMMATICI**  
**QVI FERUNTUR**  
**IN VERGILII CARMINA COMMENTARII**

RECENSERVNT

**GEORGIVS THILO ET HERMANNVS HAGEN**

---

VOL. III FASC. II  
APPENDIX SERVIANA



LIPSIAE  
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MCMII

3

# APPENDIX SERVIANA

CETEROS PRAETER SERVIVM ET SCHOLIA BERNENSIA  
VERGILII COMMENTATORES  
CONTINENS

RECENSUIT

HERMANNVS HAGEN



LIPSIAE  
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI  
MCMII

72002.

PA 6823

.S5

1881

v.3

pt.2

YITBIVM: Aaa  
YIATM

LIPSLAR: TYPIS B G. TEVENNERI

975  
1-11-11

GEORGII · THILONIS

PRAEPROPERA · MORTE · DEFVNCTI · MANIBVS

HERMANNVS · HAGEN



## LECTORI·BIBLIOPOLA

Appendix Servii Thiloniani ab Hermanno Hagen collecta atque emendata iam typis erat descripta, cum editor lugubri morte litteris amicisque ereptus est. Restabant igitur indices et praefatio, qua iure sperabatur fore ut quaestiones de Probo et Philargyrio intricatissimae a viro doctissimo absolventur. Neque tamen quae inter schedas inventa sunt apta erant quae ederentur. Itaque a nobis rogatus PAVLVS RABROW laborem suscepit vastum illum quidem et operosissimum sed omnibus gratissimum sine quo totum opus stare non potest, indices et nominum et rerum condendi locupletissimos: quos quam primum poterimus separato fasciculo edemus. Ne tamen viri docti editionem hanc diutius desiderarent, ipsum textum publici iuris facere constituimus, cui ut praefaretur quae ad notas codicum etc. explicandas necessaria videbantur, a v. d. ERNESTO LOMMATZSCH impetravimus. Vale.

Hoc volumine commentatores ad Vergilium recensiti sunt hi:

I. p. 1—189 IVNII PHILARGYRII GRAMMATICI EXPLANATIO IN BVCOLICA VERGILII cuius excerpta, nunc primum plena edita, duplici forma tradita sunt tribus codicibus:

1) cod. Paris. 7960 (olim Colb. 899, regio 5076) s. X. de N quo cf. Thomas, *essai sur Servius* p. 278. Servius ed. Thilo III 1 p. V. codicem contulit Hagenus.

2) cod. Paris. 11308 (olim suppl. lat. 1011) s. IX. formae P quartae oblongae, f. 114. qui continet Philargyrii ad Bucolica comm. II fol. 1<sup>a</sup>—14<sup>a</sup>, eiusdem comm. I fol. 14<sup>b</sup>—41<sup>b</sup>, anonymi brevis Georgicorum expositio usque ad Georg. II 91. Sequitur alia manu scriptum in Vergilii Aen. lib. I—V commentum cui praemissa est Flavii Donati ad Lucium Munatium epistula et Vergilii vita de commentario Donati sublata, cf. Scholia Bern. ed. Hagen p. 683. 734. Thomas, *essai* p. 281. codicem descripsit Hagenus.

- L 3) cod. Laur. plut. XLV 14 membran. s. X, e Gallia allato; fol. 2—14 commentarium primum [p. 14 ss.] fol. 14—22 prooemium [p. 7] et comm. alterum continet, de quo cf. Mommsenus Mus. Rhen. XVI 442, Servius ed. Thilo III 1 p. V. contulit Hagenus. Ex eodem codice scholia ab Ang. Politiano excerpta edidit Fulvius Ursinus a. 1587 (*Urs.*), quam editionem repetiverunt editores ut Lion a. 1826 (*Phil.*).
- G II. p. 191—320 ANONYMI BREVIS EXPOSITIO VERGILII GEORGICORUM tradita est manca usque ad II 91 p. 291, 11 in codicibus N et P; plenam usque ad finem libri II habet unus codex G, Burmannianus, nunc bibl. Leidensis publ. Lat. n. 135, a tribus librariis coaevis saec. XI in. conscriptus, fol. 95—111. cf. W. H. D. Suringarii hist. crit. scholiast. Lat. II, 259 s. Thilo Mus. Rhen. XV 119. Mommsenus ib. XVI 444; Thomas, essai p. 276. Codicem descripsit S. G. de Vries.
- III. p. 321—390 PROBI QUI DICITUR IN VERGILII BUCOLICA ET GEORGICA COMMENTARIUS uno codice Bobiensi nunc deperdito servatus, ad cuius imaginem restituendam praesto sunt cum editio E princeps ex ipso codice a. 1507 ab J. B. Egnatio Venetiis emendata tum codices ex Bobiensi descripti tres. Egnatius enim, ut ipse in praefatione testatur, commentarium *ex vetustissimo codice manuscripto Bobii quondam a Georgio Merula [a. 1493] invento* edidit; quam editionem reliqui editores secuti sunt, codice neglecto. cf. M. Valerii Probi in Vergilii Bucolica et Georgica commentarius ed. H. Keil, Halis 1848 p. Vs. Is primus ad Probum recensendum V codices adhibuit et Vaticanum 2930 chart. s. XV de cuius lectione P quae H. Keilius memorat in suum usum vocat Hagenus, et Parisinum 8209 (olim n. 6167 cf. Montfaucon Bibl. Bibliothecarum p. 760) chart. s. XV qui fol. 1<sup>a</sup>—33<sup>a</sup> Probum eadem manu scriptum, quae et ipsa plurima correxit, continet; eum ad novam editionem parandam describendum curavit Laur. Santenius: quod apographum nunc servatur in bibliotheca Berolinensi Diez. Sant. 71; codicem P contulit Hagenus.
- M His codicibus addidit Thilo tertium: codicem Monacensem lat. 755 qui fol. 4—27<sup>b</sup> commentarium Probi continet, a Petro Crinito scriptum *pridie nonas Oct. 1496 Florentiae in edibus quo tempore Petrus Caponius civis Florentinus, ut relatum, Pisis est interfectus, ego vero in musarum sacris eptiū [epistulam Mommsenus] quoque ad Scalae nostri apologiam de urbe Florent: apposui quod me rogavit. in* § [iunge?] *ad Valerium Probum quem mox sum integrum perscripturus cum licebit exemplar aliquod invenire in quo opus id invenitur* cf. Mommsenus Mus. Rhen. XVI 137. Deest in codice quaternio, desinit ad Georg. III 40, huius editionis p. 378, 26.

IV. p. 391—450 SCHOLIA VERONENSIA ab Angelo Mai altero prae-  
 teriti saeculi decennio in lucem protracta et primum a. MDCCCXVIII  
 Mediolani, iterum post XVII annos Romae in *Class. auct.* vol. VII  
 p. 247—320 publici iuris facta leguntur in bibliothecae capituli  
 Veronensis codice num. XXXVIII insignito, olim ut videtur Bobiensi V  
 formae quadratae, qui Gregorii in Jobum enarrationes saec. IX in  
 foliis CCC scriptas continet. Quorum pars posterior a fol. 205 in  
 membranis palimpsestis scripta est ita ut foliis 205—266 (omissis  
 fol. 207—210. 217. 218. 225. 226. 232. 233. 242) Vergili fragmenta  
 scholiis marginalibus et interlinearibus locupletata, ceteris Livi reli-  
 quiae atque geometrae cuiusdam Latini frustula nonnulla legantur. Spe-  
 cimen dedit ab JMuellero professore Patavino depictum Ribbeckius in  
 tab. III prolegomenis Vergilianis adiecta (cf. p. 273): Herrmanno teste  
 haud ita accurate qui ipse quoque alterum specimen f. 256<sup>r</sup> in sua  
 editione publici iuris fecit. Duabus manibus scholia scripta esse idem  
 monuit, quarum altera usque ad Aen. III 691 (f. 247) porrigitur.

Atque Vergilianae partis schedae binae inter se cohaerent  
 excepto fol. 227 quod supplemento suo h. e. fol. 232 orbatum  
 est, sed paria aliquot propter causam nescioquam a novi codicis  
 consarcinate inversa sunt, scil. 211. 216; 212. 215; 213. 214;  
 220. 223; 245. 248; 246. 247; 251. 258; 252. 257; 253. 256; 260.  
 265; 261. 264; 262. 263. Foliorum pars ad Bucolica pertinens  
 hoc se ordine in pristina codicis Vergiliani forma excipiebat: fol. 224  
 (B. III 27—51); 219 (B. V 88, VI 1—19); 263 (B. VII 13—37); 262  
 (B. VIII 21—44). Ad Georgica spectant fol. 236 (G. II 93—117);  
 239 (G. II 274—298); 221 (G. II 352—373); fol. 222 (G. II 535—538.  
 III 1—11); 264 (G. III 351—377); 261 (G. III 382—391); 251  
 (G. IV 444—463); 258 (G. IV 524—545). Denique foliorum Aeneida  
 complectentium hic olim erat ordo: 256 (A. I 1—21); 253 (A. I  
 237—259); 205. 206 (A. II 81—178); 231 (A. II 289—313); 228  
 (A. II 472—496); 220 (A. II 623—634); 248 (A. II 649—673); 245  
 (A. II 678—695); 223 (A. II 703—717); 247 (A. III 691—707); 211  
 (A. IV 146—158); 216 (A. IV 176—184); 227 (A. V 78—95); 243  
 (A. V 241—255); 259 (A. V 463—487); 250 (A. V 488—496); 252  
 (A. VII 260—271); 212 (A. VII 327—341); 215 (A. VII 406—419); 257  
 (A. VII 485—506); 244 (A. VII 591—608); 249 (A. VII 665—688);  
 238 (A. VIII 25—37); 237 (A. VIII 104—106); 235. 240 (A. IX  
 360—404); 260 (A. X 1—18); 241 (A. X 63—78); 234 (A. X  
 183—207); 265 (A. X 241—245); 230 (A. X 551—566); 229 (A.  
 X 738); 213 (A. XII 458—470); 255 (A. XII 494—504); 254 (A.  
 XII 680—684); 214 (A. XII 690—718).



Cohaerent autem inter se folia haec: 205 206, 211 216, 212 215, 213 214, 224 219, 220 223, 221 222, 231 228, 230 229, 241 234, 235 240, 236 239, 238 237, 243 250, 244 249, 248 245, 246 247, 251 258, 252 257, 256 253, 255 254, 266 259, 260 265, 264 261, 263 262. Quam condicionem si reputes simulque in singulis paginis textus Vergiliani versus ternos denos scriptos esse animo teneas, ipsum Vergili librum vetustum per aliquot volumina divisum fasciculis LII (modo quaternionibus, modo senionibus vel septennionibus, plerumque quinionibus) olim perscriptum fuisse conicias hunc in modum:

Fasc. I (quaternio Bucolicorum partem primam continens) periit.

II 224 219 = quinionis par extremum (fol. 1 et 10), inter quod periere folia 2—9.

III 263 262 = senionis par alterum ab intimo (f. 5 et 8): periere f. 1—4. 6. 7. 9—12.

IV. V. VI (duo quaterniones et quinio) perierunt.

VII 236 239 = quinionis par quartum ab intimo (f. 2 et 9): periere f. 1. 3—8. 10.

VIII 221 222 = quinionis par quartum ab intimo (f. 2 et 9): periere f. 1. 3—8. 10.

IX (quaternio) periit.

X 264 261 = quinionis par intimum (f. 5 et 6): periere f. 1—4. 7—10.

XI. XII (quaternio et quinio) perierunt.

XIII 251 258 = quaternionis par alterum ab intimo (f. 3 et 6): periere f. 1. 2. 4. 5. 7. 8.

XIV 256 253 = quinionis par extremum (f. 1 et 10): periere f. 2—9.

XV. XVI (quaternio et quinio) perierunt.

XVII 205 206 = quinionis par intimum (f. 5 et 6): periere f. 1—4. 7—10.

XVIII 231 228 = quaternionis par extremum (f. 1 et 8): periere f. 2—7.

XIX 220 223, 248 245 = septennionis par tertium ab intimo (f. 5 et 10) et intimum (f. 7 et 8): periere f. 1—4. 6. 9. 11—14.

XX. XXI (quiniones duo) perierunt.

XXII 247 = quaternionis paris tertii ab intimo pars altera (f. 7): periere f. 1—6. 8.

XXIII 211 216 = senionis par intimum (f. 6 et 7): periere f. 1—5. 8—12.

XXIV. XXV (duo quaterniones vel quiniones) perierunt.

XXVI 227 quaternionis sive quinionis folium unum.

XXVII 243 250, 266 259 = quinionis par extremum (f. 1 et 10)  
et par quartum ab intimo (f. 2 et 9): periere f. 3—8.

XXVIII—XXXIII (quiniones sex) perierunt.

XXXIV 252 257, 212 215 = quinionis par extremum (f. 1 et 10)  
et par alterum ab intimo (f. 4 et 7): periere f. 2. 3. 5. 6. 8. 9.

XXXV 244 249 = quinionis par alterum ab intimo (f. 4 et 7):  
periere f. 1—3. 5. 6. 8—10.

XXXVI 238 237 = quinionis par alterum ab intimo (f. 4 et 7):  
periere f. 1—3. 5. 6. 8—10.

XXXVII. XXXVIII. XXXIX (quiniones tres) perierunt.

XL 235 240 = senionis par intimum (f. 6 et 7): periere f. 1—5.  
8—12.

XLI (quaternio) periit.

XLII 260 265, 241 234 = quinionis par extremum (f. 1 et 10)  
et par tertium ab intimo (f. 3 et 8): periere f. 2. 4—7. 9.

XLIII (senio) periit.

XLIV 230 229 = quaternionis par extremum (f. 1 et 8): periere  
f. 2—7.

XLV—L (quiniones sex) perierunt.

LI 213 214, 255 254 = quinionis par extremum (f. 1 et 10)  
et par quartum ab intimo (f. 2 et 9): periere f. 3—8.

LII (quaternio Aeneidos partem extremam continens) periit.

Vides igitur fasciculos triginta omnino interiisse, ceterorum viginti duorum paucis exceptis non nisi quartam vel quintam vel adeo sextam partem superesse; sed et ipsae quae vitam tulerunt particulae misere laboraverunt. Scholia in latis paginarum marginibus supra et infra versus et a dextra scripta sunt, pauca interioribus lateribus adpicta vel intra versuum lineas admissa. Singula folia cum ad novum librum conficiendum circumciderentur, scholiorum in parte superiore positorum primae lineae, in margine exteriori recto singularum linearum litterae extremae, verso litterae primae haustae sunt, qua de re quo melius constaret, Keilius (in editione a. 1848) ad paginas versas significandas foliorum numeris asteriscos adposuit, quem Hagenus quoque secutus est. Itaque eorum foliorum quorum non nisi una pagina indicata est, alteram scholiis carere scito. Deinde Keilius litteris a b c d singulas scholiorum partes ita distinxit ut littera a significantur quae in superioribus marginibus scripta sunt, b quae in inferioribus c quae in lateribus sive exteriori-

bus sive interioribus posita sunt, d quae ipsis poetae verbis inter lineas adscripta sunt. Atque multo plurima in marginibus superioribus et inferioribus leguntur. Ex exterioribus lateribus omnia quae codex servaret se recepisse Keilius ipse negavit propterea quod ob linearum brevitatem (4—14 litt.) haustis insuper circumcisionis vitio sive in fine sive initio aliquot litteris quid pauculae reliquae significarent certo extricari non poterat. Uncinis quadratis circumsaepsit ea quae cum Maius etiam legisset, ipsi minus certo legi posse videbantur; uncinos rotundos substituit si quae verisimiliora quam certiora esse sibi persuaserat. Puncta ubi addita sunt singulas litteras perisse demonstrant; lineas modo breviores modo longiores interposuit, e quibus illae minus quartam versus partem abesse volunt, hae quartae versus partis interitum significant quarum cum duplex vel triplex in eodem versu numerus ponitur, totidem quartas eius versus partes desiderari indicatur. Linea recta uniuscuiusque versus finis denotatur, litteris M K B H Maii, Keilii, Buecheleri, Herrmanni supplementa. Quod Keilius per temporis brevitatem et canonicorum Veronensium severitatem non licuit omnia cum pulvisculo exhaurire, hoc Arnoldus Herrmann adiuvante Iuliano bibliothecae Veronensi praefecto optime perfecit atque ad finem certum perduxit in editione a. 1869. 70 publicata. Hagenus igitur ipse codicem non inspexit sed textum Herrmanni repetivit cum editionibus Maii et Keilii diligentissime collatum.

V. p. 451—519 MAGNI GLOSSARUM LIBRI GLOSSAE quibus Vergili nomen praefixum est, quarum quae litteris A—E incipiunt eas ex codice Bernensi n. XVI s. IX—X Hagenus descripsit; quibus adiunguntur

VI. p. 521—524 GRAMMATICI INCERTI GLOSSAE AD VERGILI AEN. XII PERTINENTES, quas Barthius adversar. XXXIII 13 ex codice quodam 'antiquissimo' edidit, in quo glossas et marginales et interlineares homo quidam erasit ita ut superessent ad libr. XII; et

VII. p. 525—529 SCRIPTORIS INCERTI GLOSSARIUM VERGILIANUM ab eodem Barthio adversar. XXXVII 5 editum, in 'prisco' quodam codice inventum, cui subiectum visitur istum glossariolum.

VIII. Agmen claudit p. 531—540 VERGILIUS ASPRI; huius enim nomine insignita leguntur fragmenta grammaticae Vergilianae in codice rescripto Parisino 12161, olim Corbeiensi. Edidit fragmenta a F. H. Knustio descripta H. Keilius, Probi commentario adiuncta a. 1848 p. 111. Novis curis folia miserrime servata atque lectu difficillima excussit Chatelanius, rev. de philol. tom. X (1886) p. 87, cuius lectiones sequitur Hagenus. Sunt quae legi possunt folia 4:

99. 100; 113. 114; 119. 120; 127. 128: sed cum 127 et 128 bina pristini codicis folia contineant, sunt omnino columnae decem. quas sic sese olim exceperis Keilius docuit: 113. 114. 128<sup>b</sup>. 127<sup>a</sup>. 127<sup>b</sup>. 128<sup>a</sup>. 119. 120. 99. 100. Iterum codicem diligentissime relegit F. Weigel; de studiis ipse refert in Sertis Hartelianis (1896) p. 129—133, e quibus haec appendicis loco afferantur:

p. 533, 7 sic nunc legit: 'pro in significatione eius quod Gr. dicitur anti'. Deinde v. 10: 'Italiam summa s. a. u. [ad litora classem pro]s pexi [Aen. III 651]. Habet et invocandi vim [ut: pro] Iuppiter! ibit. Hic a[it et n.]' A. IV 590.

p. 533, 14 collato Servio ad A. XII 452 sic ille restituit: 'In heu interiectione ad[notatione] | dignum est [quod eam saepe ex sua persona] | interponit, qu[amquam] v[ult s]ub[su]mi eorum peri[cula de quibus] loquitur'.

p. 534, 17 sic legit: contra accus. [ponitu]r pro nominati'vo.

p. 537, 11: ubi proposito singulari n(umero) tamen pluraliter v(erbum) occurrit.

p. 539, 14 supplet: contra neutra p[onit] quasi activa.

Finem praefationis faciant pauca addenda:

p. 32, 20 dilectum] delictum *ci. Nettleship.*

p. 33, 23 aprica] opaca *idem.*

p. 205, 7 fragmentum Pacuvii nunc legitur in editione Ribbeckii *tertia* v. 75<sup>a</sup> p. 97.

p. 213, 11 ostia *Petersenum quoque coniecisse* [Progr. Dorpat. 1875 p. 11] *postea non sine gaudio vidit Hagenus.*



IVNII PHILARGYRII GRAMMATICI  
EXPLANATIO IN BVCOLICA VERGILII.

I

IN NOMINE DEI SVMMI IN BVCOLICA PAVCA ORDINANTVR FONA.

Virgilius in operibus suis secutus est diversos poetas, Homerum in Aeneidis, Theocritum in Bucolicis, Hesiodum in Georgicis. Et cum Georgica scriberet, traditur cotidie meditatus a mane plurimos versus dictasse solitus ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere.

Tres modi locutionum sunt, quos characteras Graeci vocant, ἰσχνός qui tenuis, μέσος qui moderatus, ἀδρός qui validus intellegitur.

*N Cod. Par. Lat. 7960 s. X*  
*P Cod. Par. 11308 s. IX*

1 sv·mi N || 1 s. BVCOLICA P || 3 s. Virgilius — diversos poe *litt. unc. N* || 5 eneidis N aenidis P || Theocritum | teocritum || 6 bocolicis P || hessiodum P || 9 distasse P || 12 Tris P || 13 characteras P carecteres N || Graeci | greci || ἰσχνος P ἰσχνοix N || 14 μέσος | adossos P addos sos N || 15 ἀδρός | adhos.

II

Virgilius Maro in pago qui Andes dicitur haut procul a Mantua nascitur Pompeio et Crasso consulibus. Virgilius Brundisi moritur XI Kal. Oct. Sentio Saturnino et Lucretio Cinna consulibus nono Ptolomaei regis anno, cui apud Aegyptum Cleopatra in regnum successit, Augusti Caesaris XXVI regni anno, ante annos XVI Christi nativitatis. Ossa eius Neapolim translata in secundo ab urbe miliario sepeliuntur titulo 15

*N Cod. Par. Lat. 7960 s. X*  
*P Cod. Par. 11308 s. IX*

3 s. Virgilius — qui An(des) *litt. maiusc. P* || 4 haut | aut || 5 ponpeio N || 6 s. brundis si moritur N brundissim oritur P || 7 Kal. | k || oct P octb N || 7 s. saturnio N || 8 consuli P || 9 Nino P || Ptolomaei | tholomei || 10 aegyptum, *corr. aegyptum P egyptum N* || cleopra<sup>at</sup>, *corr. m. II N* || 11 agusti P agusti, *corr. m. II N* || 13 et//// N || 14 Neapolim | neapoli || 14 s. ab urbe, *suprasc. m. II neapoli P* || 15 sepeliuntur quem ipse moriens titulo P sepeliuntur quem ipse moriens titulo N.

## I

Tribus modis carmen inducitur. Est enim modus dramaticos, est exegematicos, est mictos. Dramaticos est, in quo personae inducuntur, exegematicos qui et didascalicos dicitur, in quo poeta solus loquitur, mictos est ex utroque constans.

Virgilius Maro Mantuanus parentibus modicis fuit ac praecipue patre tenui. Quidam opificem figulum, plures magistri, quidam viatoris. Initio mercennarium et silvis colendis ac apibus recurandis operam dedisse tradiderunt. Natus est sub Gneio Pompeio et Marco Licinio Crasso consule, Iduum octavo die in pago qui Andes dicitur haut procul a Mantua. Praegnans autem mater eius somniavit enixam se laurum ilico in speciem maturae arboris refertaeque variis pomis ac floribus

1 inducitur, ci *in ras.* N || 2 aramaticos P aramaticos, *corr. m. II* (s. X) dramaticos N || 3 exematicos, exe *in ras. m. II*, ge *m. II* N animaticos P || 3 s. aramaticos P arammaticos, *corr. m. II* dram- N || 4 persone P || 5 exegmaticos, xeg. *in ras. m. II*, e *suprascr. m. II* N ainmaticos P || 5 s. didascalicos] diaskoy || 8 utroque] utraque || 11 patre P || tenuis P tenuis, *corr. tenui* N || 12 figulum] figulam || quidam] cuidam || 13 viatoris] viatori inio, *corr. m. II* N || mercennarium P || 14 colend N || 14 s. recu//randis N || 16 gn N genio P || et] *om. N.* || 17 Marco] magno Licinio] milicino || 18 Iduum] Idū diae N || 19 haut, *corr. haud m. II* N || 20 Pregnans N Prignans P || 21 se] re P || laurū, ū *in ras. m. II* N || Ilico, I *in ras. m. II* N || 22 *in ras. N* || specie, *corr. speciem m. II* N || maturam P mature uel um N || 22 s. refert aeq, P referentem q, (*corr. quae m. II*) N || 23 uaris P.

## II

huiusmodi superscripto, quem ipse moriens dictavit:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc

Parthenope: cecini pascua rura duces.

Humile, medium, magnum; physica, ethica, logica; Bucolica, Georgica, Aeneades; naturalis, moralis, rationalis; pastor, operator, bellator. Physica, ethica, logica propter naturam, propter usum, propter doctrinam.

Virgilius in operibus suis diversos secutus est poetas, Homerum in Aeneidis, quem licet intervallo longo secutus est; Theocritum in Bucolicis, a quo non longe abest; Hesiodum in Georgicis. Hic autem Hesiodus fuit de Ascra insula, qui scripsit ad fratrem suum Persen librum, quem appellavit *ἔργα καὶ ἡμέρας*

1 modis, *corr. -i* N || 4 nunc P || 5 partinope P *corr. partenope* N || 7 humilē, *corr. -le* N || 7 s. physica] fisica || 8 ethica] aethica P hetica N || logica] loica || bocolica P bocolica N || 9 eniades P *corr. eneades* N || 11 physica] fisica || ethica] aethica || 12 logica] loica || 15 sequutus P || poetas poetas pro poetas P || 16 quem licet] quem licet quem licet || 17 sequutus P || 18 bocolicis P bōc- N || 19 aberit, *corr. abest* N || Hesiodum] esiodum || 20 Hesiodus] esiodus || 21 insola P insōla N || quem, *corr. qui* N || 22 fratrem N || 23 *ἔργα καὶ ἡμέρας*] arcaia (αῤαία P) memoros.

## I

bus transfigurata, et cetera vidisse in somnis de eodem puero, quæ hic non sunt.

Initia aetatis Cremonae trans-  
 5 egit usque ad virilem, quam septimo decimo anno a natali suo suscepit, evenitque, ut eo ipso die Lucretius poeta decederet. A Cremona ad Mediolanum et  
 10 inde paulo post transiit ad urbem. Corporis statura fuit grandi, aquilino colore, valitudine varia. Nam plerumque a stomacho ac dolore capitis laborabat, sanguinem  
 15 merum saepe reiecit neque minimæ libidinis in pueros proprios, sed proni amoris, quorum alterum maxime dilexit Cebetem et Alexandrum, quem secunda  
 20 Bucolicorum ecloga Alexin appellat donatum sibi ab Asinio Pollione. Cetera autem vita et animo et ore praeter avaritiam

## II

idest opera et dies; hic autem continet, quemadmodum agri et quibus temporibus sint colendi. Ingenti autem arte egit, ut potentiam nobis sui ingenii indi- 5 caret coartando lata et angustiora dilatando. Nam cum Homeri et Theocriti in brevitatem scripta collegerit, unum Hesiodi librum divisit in quattuor, quod ratione 10 non caret. Nam omnis terra quadrifaria: aut arvus idest sationalis, aut consitus idest aptus arboribus, vel pascuus, qui herbis et animalibus vacat, aut floridus, 15 in quo sunt horti apibus congruentes et floribus. Alii autem duos tantum Georgicorum male dicunt, dicentes terræ operam esse, quam primi continent duo 20 libri, nescientes tertium et quartum, licet Georgica non habent, tamen ad utilitatem rusticam

1 transfiguratur *N* || 2 uidiisse *P* ||  
 4 Initia legi non potest in *N* || cremonae  
*N* || 5 quam] que *P* || 6 natale *N* ||  
 7 suscipit *P* || ipso, so in *ras.* *m. II* *N* ||  
 8 dedeceret, *corr. m. II* decederet *N*  
 dediceret *P* || 9 medolanum *P* ||  
 10 p'aulo *P* || transiit] transit || 11 fuit,  
 fui in *ras.* *m. II* *N* || grandis *N* ||  
 13 stomacho, *om. a* *N* || 14 laboraret,  
*corr. m. I* -abat *P* || 14 s. sanguine *P* ||  
 15 sepe *N* || 16 minimæ] minime ||  
 17 proni amore *N* || 18 zebetem, *z in ras.*  
*m. II* *N* habitem *P* || 20 bucolicorum,  
 orum in *ras.* *m. II* *N* bucolicorum *P* ||  
 ecloga *N* aegloga *P* || 21 asi//nio *N*  
 assimi *P* || 21 s. apollone *P* || 23 hore  
*N* || preter *N*.

3 sit, *corr. m. I* *N* || 5 ingenui, *corr.*  
 -ii *P* || 5 s. indicaretur, *corr.* indicaret  
*N* || 6 angustiora, *corr.* angustiora *N* ||  
 7 delatando *P* *corr. dil-* *N* || Homeri]  
 omeri || 8 theocriti *N* || 9 esiodi *P* esio-  
 dum, *corr.* esiodi *N* || 10 quattuor *N* ||  
 rationē, *corr.* -ne *N* || 12 arvus] ar-  
 buus || 12 s. sationalis] rationalis ||  
 13 constitutus *P* consitus, consit in *ras.*  
*m. II* *N* || apt *N* || 14 pascuus *N* ||  
 herb *N* || 15 vacat aut] uacat .i. aut  
 floribus, *suprascr.* floribus *P* floribus,  
*corr. m. II* florid *N* || 16 in quō *P* ||  
 16 s. orti apibus congregantes *P* ||  
 orti  
 atquapib; (orti *m. II*) congregantes,  
*corr. m. II* congruentes *N* || 18 duo  
 stam *N* || 19 dicū, *corr. m. II* dicunt *N* ||  
 terrae] terre || operum *P*, operum, *corr.*  
*m. II* -am *N* || 20 premi, *corr.* primi *N* ||  
 22 georgiā, *corr. m. II* *N* georgia-  
 con *P*.



## I

probus fuit. Unde et bona cuius-  
 dam exsulantis offerente Augusto  
 non sustinuerat accipere. Ac si  
 quando Romae, quo rarissime  
 5 coibat, viseretur in publico, sec-  
 tantes demonstrantesque fugiebat  
 in proximum tectum. Habuitque  
 domum Romae Esquiliis iuxta  
 hortos Maecenatianos, quamquam  
 10 secessu Campaniae Siciliaeque  
 plurimum uteretur. Parentes iam  
 grandis amisit, ex quibus patrem  
 captum oculis et duos fratres  
 germanos Silonem inpuberem,  
 15 Flaccum iam adultum, cuius exit-  
 tium sub nomine Daphnidis de-  
 flet. Inter cetera studia medici-  
 nae quoque et maxime mathe-  
 maticae operam dedit, egit et  
 20 causam apud iudices unam om-  
 nino, non amplius quam semel.  
 Nam et in sermone tardissimus  
 ac paene indoctus. Sed poeticam

1 inprobus P | 2 exsolantis P | agosto  
 P | 4 romā N | quo] quod | 5 coebat P |  
 uisseretur P uiseret N | 6 demonstra-  
 tesque] demonstrarent | 8 rome N |  
 esquilus P | 9 ortus P | mecenatianos  
 N mecenati anos P | quanquam N |  
 10 secessum, corr. -u N | campanie N |  
 scilique, corr. m. II N | 13 et -u  
 P | 14 inpuberem P | 15 flaccum P |  
 15 s. sextitium, corr. exitium N | 16 dam-  
 nidis N | 17 s. medicine N | 18 maximę  
 P | 20 causam] clusam P | 21 non  
 om. P | 23 poene P pene N.

## II

pertinere. Nam et pecora et  
 apes habere, studium est rusti-  
 cum. Licet possimus agricultura-  
 ram in his duobus agentibus in-  
 venire. Nam farrago sine cultura 5  
 non nascitur, et in hortis colen-  
 dis non minorem circum terras  
 constat inpendi laborem. Et hi  
 libri didascalici sunt, unde ne-  
 cesse est, ut ad aliquem scriban- 10  
 tur. Nam praeceptum doctoris et  
 discipuli personam requirit. Unde  
 et ad Maecenatem scripsit, sicut  
 Hesiodus ad Persen, Lucretius  
 ad Memmium. Sane agriculturae 15  
 huius praecepta non ad omnes  
 pertinent terras, sed ad solum  
 situm Italiae, praecipue Venetiae  
 teste ipso Virgilio, qui ait: Tibi  
 res antiquae usque ingredior, 20  
 cum de Italia diceret.

[Quid faciat laetas segetes, quid  
 terras pingues efficiat. Segetem

4 argentibus, corr. ag- N | 6 et in |  
 in P in, suprascr. m. II et N | ortis  
 N | 6 s. scolendis, corr. col- N | colendi  
 sunt P | 9 didascalici] dactilici | 10 ut P |  
 11 preceptum P | docitoris, corr. doc-  
 toris N dottoris, corr. doct- P | 10<sup>ad</sup>  
 13 mecenatem P mecenantem, corr.  
 mecenatem N | 14 esiodus N esiodus,  
 corr. esi- P | 15 Sone P Sone, corr.  
 Sane N | agriculture P | 16 hius N |  
 precepta P | n/// N | 18 praecipuae P  
 praecipue N | uenientiae P corr. ue-  
 netiae N | 19 ipsi P | 19 s. tibi res |  
 restib; res | 20 antiq, P | 22 s. Quid  
 faciat laetas segetes, quid terras pin-  
 gues efficiat] quod terras pingues  
 efficiat | 23 segitem P corr. m. II  
 segetem N.

19 s. Tibi res] G. II, 174 s.

## I

adhuc auspicatus in Ballistam, ludi magistrum, qui erat in Calabria, ob infamiam latrociniorum copertum lapidibus distichon fecit.

5 Distichon autem II versuum clausula, quam in poemate brevem sententiam dicimus.

Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus:

10 Nocte die tutum carpe, viator, iter.

Deinde catalepton et Priapea et epigrammata et diras, item Cirim Culicem, cum esset anno-

15 rum XVI. Cuius materia talis est: Pastor fatigatus aestu cum sub arbore [pro calore] dormisset et serpens ad eum proreperet, e palude culex provolavit atque  
20 inter duo tempora aculeum fixit pastori. At ille continuo culicem contrivit et serpentem interemit ac sepulcrum culici statuit et distichon fecit:

1 suspicatus in balistam *P* *legi non possunt in N* || 2 calābria *P* || 3 latrociniorum] latrociniorum || 4 s. pidibus — autem *II legi non possunt in N* || 4 distichō *N* || 5 Distichon *N* || 5 s. clausula *P* clausura *N* || 6 qua *P* || po mate *P* || 8 monte *legi nequit in N* || hoc *om. P* || 9 balista *N* || 10 dieq, *N* || 12 catelecto, *corr. m. II* catalecto *N* || priapia *P* priapia, *corr. -ea N* || 13 aepigrammata *P* || idira sitem *P* id//rasitem *N* || 14 Cirim] cerē || 14 s. amorum, *corr. annorum N* || 15 materia] matima *P* //tima, *corr. tema N* || 16 estu *P* || 17 pro calore *ut glossam seclusi* || 18 ad eum] ai leum *P* aculeum *N* || e] ae *P om. N* || 19 culix *N* culit *P* || 20 in dua *P* || tempora aculeum, *corr. m. II N* || 21 pastori] pastor || 22 interemit *P* || 23 sepulchrum *P* || culici] culicis || 24 distichon] distichon || *fec add. m. I P.*

## II

pro terra posuit, ut Horrescit seges ensibus vel sentibus. Pingues terras, ut paulo post dicit: cinis, intermissio arandi, incensio stipularum, stercoratio. 5  
Laetas: nam fimus, qui per agros iacitur, vulgo laetamen vocatur.

Quo sidere idest quo tempore, quia ex sideribus tempora colliguntur.] 10

Iuxta eos, qui opus Virgilii altius volunt animadvertere, hic ordo: Virgilium iuxta ordinem vitae mortalium carmina composuisse. Primum incultam et 15  
pastoralem vitam hominibus fuisse Bucolicis indicavit, postea necesse fuisse mortalibus fruges et usum agrorum inventum Georgicis ostendit; ubi cupiditatem possidendi 20  
ex contentione finivit, ad arma usque perventum est. Sed argumentum de armis fuit, ut in honore Caesaris Aeneae virtutes, ex

2 sege sensibus *P* seges ensibus, *corr. m. II N* || 3 Pinguas, *corr. -es N* || 4 orandi, *corr. ar- N* || 5 inessio *P* || sterculatio *P corr. m. II* stercoratio *N* || 6 loetas *N* || qui] quia *P* || 7 laetantes *P, corr. m. II* laetamen *N* || 9 quia] q *P* || *Verba quid faciat — tempora colliguntur ad Servii Georg. I, 1 comm. pertinentia seclusi* || 15 Primam, *corr. m. II N* || 17 bucolicis *P* e bucolicis *N* || indicavit] iudicavit || 18 fuisse] fuit || 18 s. fruges agrorum et usum inuentum *N* || 19 georcis *P* || 20 possidendi *P* || 23 s. <sup>†</sup> in honore, *corr. m. II N* || 24 aençe *N*.

1 Horrescit] A. VII, 526.

## I

Parve culex, pecudum custos  
tibi tale merenti  
Funeris officium vitae pro  
munere reddit.

- 5 Scripsitque Bucolica rogatu con-  
sulum quorundam, per quos in  
sedes suas et in agros rediit.  
Exorto enim civili bello inter  
Augustum et Cassium, Brutum  
10 et Antonium, cuius copias contra  
Augustum Cremonenses suscepe-  
runt, factum est, ut victor Augu-  
stus in eorum agros veteranos  
deduci iuberet milites et non  
15 sufficiente agro Cremonensium  
Mantuani quoque, in quibus erat  
poeta Virgilius, maximam partem  
finium perdidissent eo, quod vicini  
Cremonensibus fuerunt, sed Vir-  
20 gilius merito carminum fretus,  
amicitia quorundam potentium et  
fama carminum commendatus, ab  
Augusto amissos agros recepit  
et deinceps imperatoris familiari  
25 amore perfunctus est.

1 paruae P parua N || culix N  
culis P || pecudum P || 2 talē (corr. tale)  
mereren, en et ti in ras. m. II N  
talē mereris P || 3 Funeris] non orem  
funeris P non orem legi nequit in N  
offitium P || uite N || 5 scripsit N || bo-  
colica P || ragatu P || 7 redit N redit  
P || 8 civili] cui P || 9 agustum P ||  
10 copiā N || 11 agustum P || 11 s. susci-  
pirunt P || 12 s. agustus P || 14 milites  
om. P || 15 cremanensium P || 16 in qui  
erant P || 17 maximum P || 19 ss. Vir-  
gilius — amicitia] fretus uirgilius car-  
minum amicitia N uirg merito carmi-  
num fretus amici quam P || 23 agusto  
P || agros, corr. m. I P || recipit P  
24 familiam P || 25 perfunctus, om.  
est P.

1 Parve] Cul. v. 413 s.

## II

cuius genere esse cupiebat, suo  
carmine ornaret. Nam et primis  
erroribus, qui ad similitudinem  
carminis Homeri descripti sunt.  
Nam paria sunt et numero et 5  
magnitudine periculorum virtutis  
indicia. In aliis vero sex libris,  
unde in Italia primi armorum  
conflictus, quantae gentes ad  
proelium excitatae, quanti duces 10  
ante Turni occasum.

Titulus, causa, intentio, nume-  
rus, ordo, explanatio. Utilitas  
legendi, iucunditas audiendi. Mo-  
dus tenuis, moderatus, praevali- 15  
dus: tenuis in Bucolicis, modera-  
tus in Georgicis, praevalidus in  
libris Aeneae.

Incipiunt Bucolica in laudem  
Caesaris et principum ceterorum, 20  
per quos agri redditi sunt, Asinii  
Pollionis Alphenique Vari et Cor-  
nelii Galli. Georgica in honorem  
Maecenatis, qui sibi opem tulit.  
Novissima autem Aeneis in ho- 25

2 premis, corr. primis N || 4 omeri  
P || 5 et numero] a numero P || 6 magni-  
tudine, a m. II N || 7 iudicia N || sex]  
ex N || 8 p, corr. p<sup>i</sup> m. II N || 9 quan-  
tae] quante || 10 proelium] plium || ex-  
citatae] excitate || 12 intensio P ||  
14 iocunditas N || 15 denuus P corr.  
m. II tenuis N || 15 s. praeuallidus,  
corr. praeual- N || 16 tenuis] ten P ||  
bocolicis P || 16 s. moderatur, corr. -tus  
N || 17 s. in liber P || 19 Incipiunt] in  
marg. m. s. XIV prima egloga .I. P ||  
bocolica P || 21 assinii P, corr. asinii  
N || 22 pullionis, corr. pullionis P ||  
Alphenique] alfinique || 22 s. cornilii P,  
corr. corne- m. II N || 23 gallios P ||  
beorgica, corr. ge- N || 24 Maecenatis]  
mecenatis || 25 autem Aeneis (h enī)  
supra lin. P Aeneis om. N.

## I

Virgilius in operibus diversos secutus est. In imitatione enim Theocriti, poetae Siculi et Syracusani, scripsit Bucolica in laudem Caesaris et principum ceterorum, per quos agri redditi sunt, Asini scilicet Pollionis Alphenique Vari et Corneli Galli. Scripsit Georgica in honorem Maecenatis, qui sibi mediocriter adhuc ignoto opem tulit. Nam cum veterano centurioni resistere ausus esset Virgilius, statim, ut miles, adprehendens gladium in fugam coegit poetam. Quin finis persequendi non fuit, priusquam in fluvium Virgilius se coniecisset et in alteram ripam transnatasset. In Georgicis Hesiodum, qui de Ascra insula fuit. Novissime scripsit Aeneida in honorem Caesaris, ut virtutes Aeneae, ex cuius genere cupiebat esse, suo carmine ornaret, Homerum secutus.

25 Bucolica triennio scripsit, quae

## II

norem Caesaris, qui ex genere Aeneae fuit.

Bucolica triennio scripsit, Georgica VII annis, Aeneida XI.

Argumentum Bucolicorum. Tiberius Caesar Iulius et Antonius contra Cassium Brutum civile bellum gesserunt. Inde milites victoris Augusti et Antonii Transpadanorum et Cremonensium et Mantuanorum rapuerunt. Inde Virgilio ager ademptus est, quem Asinius Pollio iubente Caesare restituit, in cuius honorem Bucolica scripsit.

15

2 emitationē P || 3 theocriti N || siculi P || 3 s. Syracusani | siracusani || 4 bucolica P || 5 caesaris P || principium P || 5 s. ceterorum P || 7 Asini P | asinii N || 7 s. pollionis et cornelii galli alphenique uari et cornili galli P || 8 s. scriptit, corr. m. I scripsit P || 9 s. Maecenatis | mecenatis || 11 tullit P || 12 ueteranario P || centurione N | centurioni P || 13 esset om. N || 14 ad praehedens P || 15 Quin | Cum || 15 s. consequendi P || 17 se om. P || 19 hesiodum P || 19 s. quae dea scra N || 20 insula P || Nouissimae P || 21 aeneida P | aeneidos N || 21 s. caesaris N | caesaris P || 22 aeneiae P | aeneae N || cui P || 23 cupiebat, suprascr. m. I vel II eū N || esse om. P || 24 ornaret P || 25 bucolica P | bucolicum N || tyrennio P || 25 s. quae et eo | getheo.

2 aeneae efuit, corr. aeneae fuit N  
3 Bucolica | bucolica || triennia, corr. -io N || scripsit, scri in ras. P

L Cod. Laur. plut. 45, 14 s. X

N Cod. Par. Lat. 7960 s. X

P Cod. Par. 11308 s. IX

5 Argumenta LN || bucolicorum LP suprascr. i. istud est P || 5 s. Tyberius P || 7 ciuille LN || 9 augusti P || 13 asinius P | assimus L a//sinius N | cesare LN || 14 s. bucolica LP.

## I

## II

et eo successu edidit, ut in scena quoque per cantatores crebro recitarentur. Georgica septem annis, Aeneida undecim annis  
5 scripsit.

- Obtrectatores Virgilio numquam defuerunt nec mirum, nam nec Homero quidem, eo quod pleraque ab Homero sumpsit.  
10 Unde, cum quosdam versus ad verbum transtulisset, compilerator veterum diceretur. Sed hoc ipsum crimen sic defendere consuevit: Cur non illi quoque  
15 eadem furta temptarent? Verum intellecturos, facilius esse clavam Herculi extorquere de manu, quam Homero versum subripere.
- 20 Virgilius anno Augusti vicesimo quinto Brundisi moritur Sentio Saturnino et Lucretio Cinna consulibus. Ossa eius Neapolim translata in II ab urbe  
25 miliario sepeliuntur titulo eiusmodi superposito, quem ipse moriens dictaverat:

1 succes sue didit *P* || 2 cantores *N* ||  
3 recitarentur] nuntiarentur; *an* pronuntiarentur? || 4 XI *N* || 6 Obtractatores *P* || 8 ne *P* || 9 s. sumpsit /// i unde *P* ||  
11 uerbum, bu *in ras.* *P* || compilerator *N* || 13 crimen *P* || defendere] deperdere *N* perdere *P* || 15 tēp<sup>da</sup>arent, t *m. I vel II N* || 17 clauem *N* || herculi *P* herculis *N* || 18 homeri *N* hu(*corr. ho*)mero quam homero *P* |  
uerum *P* || 20 agusti *P* || 20 s. uicissi quinto *P* .XX.V. *N* || 21 brundisui *P* |  
22 saturno *N* || 23 Ōssa *N* || 24 neapoli  
*N* necapoli *P* || .II., *corr. m. II N* ||  
25 s. huiusmodi *N* || 27 dictauer *P*.

## I

## II

Mantua me genuit, Calabri  
 rapuere, tenet nunc  
 Parthenope: cecini pascua  
 rura duces.

5 Varius et Tuca Virgilii et Ho-  
 ratii contubernales poetae habentur  
 inlustres, qui Aeneidos postea  
 libros emendaverunt, sub ea con-  
 ditione, ut nihil delerent.

10 Quoniam de auctore diximus,  
 de ipso carmine dicendum. Quam-  
 vis igitur multa alia inscriptione  
 sub aliena sint prolata et Varius  
 sub nomine suo edidit, tamen  
 15 Bucolica liquido Virgilii esse  
 minime dubitandum, praesertim  
 cum ipse poeta tamquam hoc  
 metuens principium huius operis  
 et in alio carmine suum esse  
 20 testatus sit dicendo:

Carmina qui lusi pastorum  
 audaxque iuventa,  
 Tityre, te patulae cecini sub  
 tegmine fagi.

25 Bucolica autem et dici et recte  
 dici vel hoc indicio probari

1 calabri *P* || 2 tenet *Nu P* || 4 duces |  
 duce || 5 Varius | uarus || Tuca | tota *P* ||  
 5 s. oratii *N* oratu *P* || 6 contuber-  
 niales *N* || 7 aenidos *P* eneidos *N* ||  
 8 emandauerunt *N* emandauerant *P* ||  
 9 deberent *P* || 10 au<sup>c</sup> tore, *corr. m. II*  
*N* || 11 carminum *P* || ducendum, *corr.*  
 dic- *N* || 13 alieno *N* || et et *P* ||  
 uarus *N* uaris *P* || 14 tam *P* || 15 bo-  
 colica *P* || lido *P* lucido *N* || 16 praesertim |  
 presertim || 19 carmine<sup>III</sup> *P*  
 crimine, *corr. carmine N* || suum esse  
*om. N* || 21 p' pastorum *P* || 22 audax<sup>q</sup>;  
 inuenta, q; *m. II P* || 23 tityre, *corr.*  
 tityre *P* || te *om. P* || patulae | patule ||  
 cicini *P* || 24 fagi *om. P* || 25 Bucolica  
*P* || 26 indicio | inditio.

21 s. Carmina | G. IV, 564 s.

## I

## II

suffecerat, quod eodem nomine apud Theocritum censeantur. Verum ratio quoque monstranda est.

Tria genera pastorum sunt, 5 qui dignitatem in Bucolicis habent, quorum minimi caprarii, paulo honoratiores opiliones, honoratissimi bucolici. Unde igitur magis decuit pastorali carmini nomen inponi, nisi ab eo 10 gradu, qui fere apud pastores excellentissimus est inventus?

Quaeri solet, unde originem ducit bucolicum carmen. Non- 15 nulli a Lacedaemoniis originem sumpsisse opinantur. Namque transgresso Xerxe in Graeciam [rege Persarum], cum Spartanæ virgines sub hostili metu neque 20 egredi urbem neque pompam chorumque colere potuerunt † aramque Dianæ de more exerceret urbe pastorum, ne sine religione praeterirent, eundem usum incon- 25 ditis cantibus celebraverunt appellaveruntque Bucolicum abubus.

<sup>b</sup>  
1 sufficeret, *corr. m. II P* | 2 Theocritum | teocritum || censeatur *P* | 5 qui | quae *P* || bucolicis *P* | 6 caprarii *P* | 8 bucolici *P* | 9 magis *om. N* || docuit, *corr. m. II* decuit *N* | 10 s. adeo gradu *P* | 11 sere *P* || aput *N* | 12 est *om. N* | 12 s. inventus. Quaeri solet | inuenitur quem solet *P* inueniri solet *N* | 14 bucolicum *P* | 15 lacedemonis *P* lacedemonibus *N* | 16 sumpsisse *P* | 17 transgresso *P* <sup>t</sup>ransgresso, *corr. m. II N* || xerxe *P* || greciam *N* grecia *P* | 18 rege Persarum *ut glossam seclusi* || spartane *P* | 21 corumque *P* quorumque *N* | 22 diane *N* deanae *P* || exerceretur bae *N* | 23 relegione *P* | 24 preteriret *N* || ussum *P* | 26 bucolicum *P* | abubus *P*.

## I

## II

Alii ab Oreste circa Siciliam  
 vago id genus carminis Dianae  
 redditum, sed ipsum atque pasto-  
 res dicunt, quo tempore de Scy-  
 5 thia Taurica cum sorore profu-  
 gerat, subrepto numinis simulacro  
 et lato in fasce lignorum. Unde  
 et Fascelinam Dianam perhibent  
 nuncupatam. Apud cuius aras  
 10 Orestes per sacerdotem eiusdem  
 numinis Iphigeniam, sororem  
 suam, a parricidio fuerat expiatus.  
 Alii Apollini *νομιῶ*, pastorali  
 scilicet Deo, qua tempestate Ad-  
 15 meti boves paverat, alii Libero  
 Nympharum et Satyrorum et id  
 genus numinum principi, quibus  
 placet rusticum carmen. Alii  
 Mercurio, Daphnidis patri, pasto-  
 20 rum omnium principis. Alii in  
 honorem Panos peculiariter scribi  
 putant. Plerique a Syracusa-  
 nis primum compositum. Quae  
 cum omnia dicantur, illud erit

1 Oreste| ore || 1 s. siciliam murgō  
 N s ciliamurgō P || 2 id| .i. || diane N  
 4 s. Scythia| scythia || 6 subrepto| sub  
 resto || nōminis, corr. m. II N || 8 fasci-  
 linam, corr. facilinam N facili nam P ||  
 dianari P dianari, corr. dianam N ||  
 9 nuncupatam P || aput N || 10 orestas,  
 corr. m. II -es N || 11 numinis| no-  
 minis || Iphigeniam| .i. figentiam ||  
 12 expietus P || 13 alii apolloni N ali  
 apelloni P || *νομιῶ*| nomine || 14 s.  
 ademeto P || 15 pauuerat, corr. pa-  
 uerat N || 16 nimpharum N nipharum  
 P || 16 Satyrorum| saturnorum || et id|  
 .i. || 17 numinum principi| carminum  
 principibus || quibus *supra lin. m. II N* ||  
 19 mercurii N mercorii P || daphnidis  
 N || 20 principis. Alii| principali  
 21 panes P || peculi . aliter, corr. m.  
 II N pecualiter P || 22 s. siracusanis  
 N siracassanis P || 23 Quae| que ||  
 24 omni N.



## I

## II

probatissimum, Bucolicorum carmen originem ducere a priscis temporibus, quibus vita pastoralis exercebatur.

- 5 Quaeritur, quo ordine Virgilius sua carmina composuerit. Et merito non aliunde coepit nisi ab ea vita, quae prima in terris fuit. Nam postea rura culta et postremum pro cultis terris bella suscepta, quod videtur Virgilius in ipso ordine operum suorum voluisse monstrare, cum pastores primo, deinde agricolas canit et 15 ad ultimum bellatores. Ergo incultam primum et pastoralem vitam hominibus fuisse Bucolicis indicat, post necessarias mortalibus fruges et usum agrorum 20 inventum Georgicis ostendit, perinde cupiditate possidendi extensione finium ad arma usque perventum est.

Aut (quia) tres modi locutionum 25 sunt, quos characteras Graeci vocant: tenuis, moderatus, validus, credibile erit Virgilium, qui omni genere scientiae praevaleret, Buc-

1 prolatisimum *P* || bocolicorum *P* || 2 origeni *P* || 6 composuerit | posuerit || 7 cepit *N* deceptit *P* || 8 que *N* || 11 uidetur uidetur *P* || 14 primum *N* || agriculas *P* || 15 bellatoris *P* || 15 s. incultum *P* incultum, *corr. m. II* -am *N*

16 pasturalem *N* || 17 utam, *corr. m. II* *N* || bocolicis *P* || 18 indicant *P* || *P*, *corr. m. II* Post *N* || 19 ussum *P* || 21 possidendi *P* *corr.* possidendi *N* || 22 ad | atque *N* || 24 quia *addidi* || tris *P* || sunt locutionum *P* || 25 characteres *N* carectaras *P* || Graeci | greci || 27 omne, *corr.* omni *N* || 28 scientiae *om. P* || preualeret *N* || 28 s. bocolica *P*.

## I

lica ad primum modum, Georgica  
ad secundum, Aeneida ad tertium  
voluisse conferre.

Intentio libelli, quem scopon  
5 Graeci vocant, in imitatione  
Theocriti poetae constituitur, qui  
Siculus ac Syracusanus fuit, et in  
laudem Caesaris et principum  
ceterorum, per quos, ut supra  
10 diximus, in sedes suas atque agros  
rediit. Effectus finisque carminis  
et delectationem et utilitatem se-  
cundum praeceptum continet.

Quaeri solet, cur non ultra  
15 quam X eclogas scripsit. Quod  
nequaquam mirum videbitur, qui  
consideraverit, varietatem scaena-  
rum pastoralium ultra hunc nu-  
merum non potuisse proferri; cum  
20 ipse poeta circumspectior Theo-  
crito, ut ipsa res indicat, videat-  
ur metuere, ne illa ecloga, quae  
Pollio inscribitur, minus rustica  
iudicetur, cum [non] id ipsum  
25 praestruit.

2 aenida P || 3 conferri N || 4 spo-  
con N scopen P || 5 Graeci] greci ||  
emitatione P || 6 Theocriti] teocriti ||  
poete N || 7 siclus P || siracusanus N  
siracussanus P || 8 cessaris P || princi-  
pium P || 9 caeterorum P || per quos |  
percos N || 10 suos P || 11 rediit] re-  
deunte || 12 dilectationem P dilectio-  
nem N || 13 procep̄ P || 14 Quaeri |  
quem || 15 eglogas N eglogas P || 16 ne-  
quam P || 17 s. scenarum N scenarum  
P || 19 preferri N p̄ferri P || 20 poeta |  
postea || circumspector N circum spec-  
tatio<sup>r</sup>, corr. m. II P || 20 s. teocrita,  
corr. -ti N teocreta P || 22 ille P |  
egloga N aegloga P || que P || 23 pol-  
lioni scribitur N pollionis scribitur P ||  
24 iudicetur] uidetur P non *seclusi* ||  
25 praestruit] praestauit P prestabat,  
corr. -bit N, cf. schol. Bern. p. 743.

## II

(ECLOGA PRIMA.)  
 INCIPIT EXPOSITIO PRIMAE  
 ECLOGAE.

5

10

15

Virgilius sub nomine Tityri  
 intellegitur, clari pastoris, quo-  
 niam hircum Siculi tityrum  
 vocant, qui Caesarem laudat.

*L Cod. Laur. plut. 45, 14 s. X*

*N Cod. Par. Lat. 7960 s. X*

*P Cod. Par. 11308 s. IX*

*Iunii Philargyrii in Bucolica com-  
 ment. (ed. Lion) = Phil.*

1 ECLOGA PRIMA *addidi* || 2s. INCIPIT  
 EXPOSITIO PRIMAE ECLOGAE *N* INCIPIT EX-  
 POST PRIMAE ECLOGAE *P* || 16 VIRGILIUS  
 SVB NOMINE TYTIRI INTELLEGITVR CLARI  
 PASTORIS QVEM HYRCVM *N* || 17 s. quo-  
 niam] quem || 18 hyrcum *LN* || tyti-  
 rum *N* tityrum *P* || 19 uocant *om.*  
*LN* || cesarem *LN* cessarem *P*.

(ECLOGA PRIMA.)

Eclogam composuit gratiarum  
 actionem continentem, in qua 5  
 sibi personam induit Tityri et  
 Meliboei alicuius Mantuani pro-  
 fugientis et felicitatem Virgiliti  
 admirantis. Pastores ovium et  
 bovum carmina invicem exponen- 10  
 tes induxit. Tityrus ergo ovium  
 pastor, Meliboeus bovum. Opi-  
 liones, qui haedos pascunt, Tity-  
 ros, qui oves, Meliboeos, qui  
 boves. 15

Tityrum Virgilium dicit, Meli-  
 boeum Cornelium Gallum, unum  
 de Mantuanis, quibus sunt agri  
In Schol. Bern. non nisi causa vitium legitur || 18 cura nos S curnos G  
20 s. Et 'antes' alii extremos vinearum ordines accipiunt, alii macerías, quibus  
vineta cluduntur (clauduntur Servii codd. VMa) S Alii macerías, quibus vineae  
concluduntur B || 23 dicitur | vocatur SB || (glebae) ex Servio inserui || 24 iup  
Aer more suo, om. dicit S || 25 laborem decipit S.

1 vitium — 2 pcreant fere paria S, similia B || 4 legito B || Perseverat  
— 9 loqueretur fere paria B || 10 quod ideo — 12 colebatur S || 10 quia  
maiores — 11 dicebant B || 12 Intellegimus — 14 Alternis fere paria S  
15 Virgultum — 16 exercentur S || 17 Quasi — 18 fatigat S, similia B || 20 Alii  
dicunt — 21 claudantur similia SB || 22 Genus ipsum — 23 dicitur fere paria B  
Genus ipsum — applicantur fere paria S || 24 Aerem — 25 rusticorum fere paria S.

421. RASTROS ad fodiendum; negligentiam ferunt oleae, cum iam coeperint esse valentiores; nam adhuc parvae (nimiam) requirunt curam.

424. GRAVIDAS C. V. F. 'Cum' abundat; nam hoc dicit: subministrat fruges vomere. Urbanus tamen sic accipit: 'gravidas cum (vomere)', idest statim post arationem.

425. PACI quia oleae rami pro pacis indicio ab hostibus offeruntur. NVTRITOR pro 'nutrix'. Item: NVTRITOR pro 'nutri', pro activi imperativo passivi futurum ponit.

426. POMA arbores, in quibus et fructus eiusdem nominis crescit. 10

427. VIRES SVAS quia tenera virgulta solent religari fustibus validioribus, sicut ait de vitibus <G. II, 360>: Viribus eniti quarum.

429. FOETV N. O. idest utilitate. Nam omnis utilitas foetus. Illuc autem tendit laus ista silvarum, ut approbet, non mirum esse, si et poma et oleae sine ulla cultura praebeantur. 15

430. AVIARIA a via longe posita. INCVLTA ab avibus pasta. BACCIS SANGVINEIS. 'Baccas sanguineas' poma silvestria accipimus.

431. CYTISI virgulta a Cyto insula, ubi abundant, nominata.

434. GENESTAE HVMILES infructuosae. Nam quemadmodum sunt humiles, si umbras pastoribus faciunt? 20

437. VNDANTEM abundantem. Ennius in libro VIII Annalium:

1 ad fodiendum *Servii codd. plerique* ad fodiendam *G et Servii cod. A* ad fodendum *B* || scilicet post ad fodiendum *inserunt SB* || autem ferunt oleae *S* insef oliuae *G* || Negleguntur oleae, cum valentiores fuerint *B* || 2 s. parvae nimiam curam requirunt *S* parua req̄r curam *G* || 5 vomere *S* uomer *G* || 6 'vomere' (= u.) *ex Servio supplevi* || 8 Nutrit || nitritur || 9 imperativo praesenti *S* || passi futurf *G* passivum *B* || posuit *SB* || 10 crescunt *Lion* || 11 solent religari *S* solert ualent *G* || 12 sicut supra ait *S* || initi quarum *G* eniti quarum et contemnere ventos *S*; in *Schol. Bern. non nisi haec manca leguntur*: quia tenera virgulta validioribus eniti, quorum eniti ad *Georg. locum laudatum pertinet* || 13 Nam non || omnis *om. B* || fetus est *S* || 14 approbet et probet *S* || 15 si *S* siã *G* || oleae] olivae (oliva *Servii cod. P*) *S* || 16 a via] avia || vel quia longe a via posita sunt *B* || 17 Bacc. sang. || Baccas (baccas autem *S*) sanguineas accipimus poma silvestria *SB* || 18 Cithissi || citho || virgultum a Chito insula dictum habundat *B* || 19 infructuosae humiles *B*, ubi *cf. nostram adnotationem* || 20 si] siã || 21 abundantem] abund || *Annalium om. Lion.*

1 ad fodiendum *SB* || negligentiam — 2 valentiores *ferè paria S, similia B* | 2 nam — 3 curam *alio ordine S* || 4 'Cum' — 5 vomere *S* || 5 Urbanus — 6 arationem *S* || 8 pro 'nutri' — 9 ponit *ferè paria S, similia B* || 11 quia — 12 quarum *ferè paria S, similia B* || 13 idest utilitate — 15 praebeantur *ferè paria S* utilitate — foetus *ferè paria B* || 16 a via longe posita *ferè paria B* || ab avibus pasta *similia B* || 17 Baccas — accipimus *alio ordine SB* || 18 virgulta — nominata *S, ferè paria B* || 19 infructuosae — 20 faciunt *ferè paria B* || 21 abundantem *B.*

21 Ennius] *Cf. Enn. fragm. Ann. v. 320 ed. Vahlen.*

praeda exercitus undat. BVXO. Buxum lignum pulcherrimi coloris. CYTORVM. Mons Macedoniae, ubi abundat buxus, quae vento [acta vel] motata (aestus) imitatur undarum, sive mons Paphlagoniae buxi ferax Cytorus dicitur.

5 438. NARYCIAE PICIS a loco, in quo abundant piceae, vel 'Naryciae' Bruttiae, quae in similitudinem picis arborum corticibus fluunt. Item: 'Naryciae' Bruttiae, quae in silva fiunt, ut alibi <A. III, 399>: Hic et Narycii posuerunt moenia Locri.

439. NON OBNOXIA non debitoria.

10 440. CAUCASEO. (Caucasus) mons Scythiae pro quolibet monte; posuit speciem pro genere.

444. HINC RADIOS de incultis scilicet silvis \*, de cupresso efficit rotas. TRIVERE. Pastores composuerunt de torno. TYMPANA in quibus fiunt radii, vel tecta vehiculorum. Item: 'tympana' ait  
15 rotas ingentes.

445. PANDAS longas, curvas, extentas.

446. VIMINIBVS s. idest ligaturis. (Legitur) et 'foecundae frondibus' (idest) umbraculis 'ulmi'.

447. ET BONA BELLO. Aptā est et fortis hastilibus cornus.

20 448. (ITVRAEOS). Itura civitas Scythiae et gens, vel Ituri gens orientalis colens Libanum montem sagittis exercita.

2 Citorum || macidoniae || in quo abundat buxus S ubi abundant buxi G  
3 [acta vel] ut lectionis varietatem ad vocabulum motata pertinentem seclusi ||  
motata B mutata G mota S || (aestus) ex SB supplevi (fluctus) undarum  
coni. Lion || VNDANTE BVXO. Buxus vento motata aestus imitatur undarum B  
4 Paphlagoniae Lion] papilicomę || citoris || 5 Nariciae || piceae S pices G  
habundat pix B || 6 nariciae brutiae utroque loco || 8 Narycii in naricis  
Locri] lucris || 10 (Caucasus) ex SB supplevi || scithiae || 11 speciem pro genere  
posuit B || pro genere] frae Fort. leg.: pro quolibet monte posuit speciem  
terrae || pro quolibet monte] pro quibuslibet asperrimis montibus S || 12 s. HINC  
de silvis scilicet; nam nullus de cupresso efficit rotas aut radios (aut radios  
om. Servii cod. V) S || 13 composuere S || TRIVERE tornavere, subauditur pastores B  
de torno] deturno || Timpana || 14 vel tecta] sub tecta, cf. Serr.: TYMPANA P.  
tecta vehiculorum, et Schol. Bern. cod. B m. II: Tympana sunt tecta plaustro-  
rum || timp] || TYMPANA rotos ingentes B || 16 PANDAS CURVAS S PANDAS longas  
extensas B || 17 (Legitur) ex Servio supplevi || 18 frondibus (idest) umbraculis  
ulmi] frondis umbraculis uln... G || Legitur et fecundae frondibus ulmi S  
19 Aptā] asta || astilibus || Aptā est enim (etiam om. Servii cod. M) cornus  
hastilibus S BONA fortis. ET BONA bello apta est etiam cornus B || 20 (ITVRAEOS).  
Itura] Stiria G ITVRAEOS Ityra B || scithiae G Cretae B || Ituri] sturi G Ityri B  
21 orientis B || incolens B.

2 Mons Macedoniae — 3 undarum fere paria S || 2 buxus, quae — 3 undarum  
fere paria B || 5 a loco — piceae S, similia B || 7 ut alibi — 8 Locri B, fere  
paria S || 9 non debitoria S || 10 Caucasus — monte B, similia S || 11 posuit  
— genere alio ordine B || 12 de incultis — 13 rotas fere paria S || 13 Pastores  
composuerunt de torno fere paria S, similia B || 14 tecta vehiculorum S,  
similia B m. II || 15 rotas ingentes B || 16 longas, curvas, extentas similia SB  
17 Legitur — 18 'ulmi' fere paria S || 20 Ituri — 21 exercita fere paria B.

449. NEC TILIAE. Ordo: 'nec non'. RASILE quia facile raditur. TORNO. (Torno) fiunt vasa.

452. PADO. Species pro genere.

453. VITIOSAE ILICIS. Vult probare, etiam putres arbores habere utilitatem aliquam. 5

454. QUID MEMORANDVM. Quid similiter laudandum tulerunt dona Liberi, sicut silvae multae \*?

455. ILLE F. C. Lapithae et Centauri ebrietate in furorem sunt compulsi, deinde hoc loco ait Centauros in furorem actos a Libero, non Lapithas dicit. 10

457. LAPITHIS C. M. Bonum schema: ita enim pinguntur quasi poculis tractantes bella Centauri (et) Lapithae. Centauri 'cum ad nuptias Lapitharum invitati fuissent, in convivio ebrii nuptam rapere voluerunt, ob quam rem Lapithae eos interfecerunt.

458. O FORTVNATOS. Non est abruptus transitus ad laudem 15 vitae rusticae. Nam ad superiora pertinet, et hoc loco post vituperationem vini ista quasi consolatio est, per quam ostenditur, quantas voluptates (rusticis natura praestiterit).

459. PROCVL D. A. idest longe a civitatibus, plenis iurgio et rapinis. 20

460. IVSTISSIMA T. Proprie; nam si iustus est, qui, quod recepit, reddit, terra utique iustissima semina accepta restituit.

1 Ordo est *S* || nec | n<sup>o</sup>c, corr. m. II || 'nec non'] 'nec non' hoc est etiam *S* nec non formam accipiunt *B* || 2 TORNO. (Torno) turno || 3 Species est pro genere *S* || 4 s. cariosae; vult autem probare — aliquam utilitatem *S* || 7 Liberi | libero || multae \* | *Deesse hic nonnulla ex Servio colligas, qui habet: sicut silvae multa sponte procreantes || QUID MEMORANDVM ut silvae aliae B || 8 laphiti | 9 cōpulsi || in furorem ebrietate compulsi sunt B licet irarum causas Mars habuerit, Lapithae tamen et Centauri in furorem sunt ebrietate compulsi S | deinde hoc loco ait | vel B || Centauros ait, om. dicit S || 10 laphitas || a Libero dicit, non Lapithas B || 11 scema || ita | at || 12 bella Centauri (et) Lapithae | bet; Centaū. laphe || quasi poculis bella tractantes reliquis omissis S || 13 laphetarum || 14 Lapithae eos Lion laphinos G || 15 fortunat' || 16 s. et hoc loco post vituperationem vini | Post vituperationem enim vini S et quoniam priora posuit ad vituperationem vini B || 16 post | posuit || 17 haec quasi ad consolationem ponit, per quae ostendit B || 18 quanta uoluntas esset reliquis omissis G correxi et supplevi ex Servio quantas voluntates reliquis omissis B || 19 idest om. S || 22 recipit G acceperit (accepit Servii cod. A) SB || iustus quod acceperit reddit. Terra utique iustissima est quia maiore fenore semina accepta restituit B || 22 iustissima est quae maiore fenore semina accepta restituit S.*

1 Ordo: 'nec non' *S*, similia *B* || 3 Species pro genere *S*, similia *B* || 4 Vult — 5 aliquam fere paria *S* || 6 quid similiter — 7 multae *S* || 7 sicut silvae multae similia *B* || 8 Lapithae — 10 dicit fere paria *S*, similia *B* || 11 Bonum — 12 Centauri (et) Lapithae fere paria *S* || 15 Non est — 16 pertinet *S* || 16 s. post vituperationem — 18 praestiterit *S*, similia *B* || 19 longe — 20 rapinis *S*, in duo scholia divis. *B* || 21 Proprie — 22 restituit fere paria *S*, similia *B*.

461. SI NON INGENTEM. Ut etiam in laude fecit Italiae, non solum vitam rusticam laudat, sed etiam contrariam, idest urbanam vituperat.

462. VNDAM. Turbam hominum domum vomere testatur.

5 464. INLVSASQVE AVRO in quibus aurifex auro ludens aliqua depinxit. Male quidam legunt 'inclusas'. Non enim usus talis est, sed auro vestis textitur. EPHYREIAQVE AERA idest Corinthia. Corinthus enim Ephyre dicebatur. AERA arma.

465. VENENO colore. VENENO medicamento, unde antiqui 'venenatas' vestes dicebant aliquo colore tinctas, et omnia medicamenta 'venena' appellant, sicut Sallustius: neque enim venenum malum gignitur.

466. NEC CASIA. Herba est, de qua fit unguentum. Mire autem ait: 'usus olivi corrumpitur'; nam oleum generalem usum 15 habet, quod cum in unguentum fuerit (corruptum), uui rei tantum esse aptum incipit.

467. ET NESCIA F. VITA et rel. Urbanorum enim fortuna aut (in) insidiis est aut in labore, aut hyperbolice.

468. LATIS F. Fundus dicitur eo, quod (sit) omnium rerum 20 fundamentum, sed proprie vasis dicitur fundus.

469. SPELVNCAE bona naturalia non sicut in urbibus labore

2 laudat rusticam S || 4 VNDAM] unde G unde etiam *Lion* || vomere domum *Lion* domam uomere || 5 AVRO] aū || aurifex] artifex S || 6 depinxerat S || Male autem quidam 'inclusas' legunt S || 7 vestis *coni. Mommsen*] uestibus || Non usus talis est, sed aurum (auram *codd.*) vestibus intexatur B, unde fortasse legendum: sed ut aurum vestibus intexatur; videtur enim hoc scholium ad lectio-nem variarum inlusas et inclusas discretionem pertinere || Ephyreiaque || corinthea 8 coriū enim pire || arma] arina || 9 VENENO] Venino sic semper || 9s. VENENO colore idest medicamento. Antiqui enim 'venenatas' — 10 tinctas B || 11 appellabant *Lion* || salustius || 13 NEC CASIA] Neque casse || 14 corrumpitur] cor̄r 15 (corruptum) ex *Servio supplevi* || tantum S tamen G || 16 aptum] apaim || aptum esse S || 17 Urbanorum] urbano || 18 (in) insidiis] in sidiis || aut insidiis aut proscriptioe variatur S || hyperbolice || 19 eo quod] ab eo quod S quod B (sit) ex *S B supplevi* || rerum omnium (omnium rerum *Servii codd. VM*) S || 20 propriae || fundus] fundum || 21 idest bona SB || 21 s. labore quaesita S laborum G labor B.

1 Ut etiam — 3 vituperat S, similia B || 5 in quibus — 6 'inclusas' fere paria S || 6 Non enim — 7 textitur fere paria B || 7 Corinthia — dicebatur fere paria B, similia S || 9 colore SB || medicamento B || unde — 10 tinctas fere paria B || 13 Herba est — 16 incipit S || 13 Herba est — unguentum B || 14 nam — 15 habet B || 17 Urbanorum — 18 in labore similia S || 18 hyperbolice similia B || 19 Fundus — 20 fundamentum B, fere paria S || 21 bona — p. 315, 1 (quaesita) S, fere paria B.

11 Sallustius] Cf. *Sall. Hist. fragm. V, 3 Kr., Hist. inc. libr. rel. 30 D.*: Prohibet nocere venenum quod tibi datur.

(quaesita). FRIGIDA T. Proprie Tempe sunt amoena loca Thessaliae, abusive cuiusvis loci amoenitas.

471. SALTUS ET LVSTRA venationes, quae in urbibus non sunt. Bene 'ferarum' addit, quoniam sunt in urbibus lustra meretricum.

472. EXIGVO ASSVETA non ut urbana, quae segnis et prodiga. 5

473. SANCTI quod in urbana vita sanciti sunt, ac per hoc intellegi vult, apud solos rusticos reliquias iustitiae remanere.

475. ME VERO. Diu quaesitum, utrum philosophiae an rusticitatis vita esset felicitior, unde nunc dicit primo philosophorum, post rusticam vitam; suam autem personam pro quocumque ponit, 10 sicut paulo post (v. 485): Rura mihi placeant.

476. SACRA FERRO. Poeta enim quasi Musarum sacerdos est.

477. CAELI VIAS aut artes, ut (A. IV, 478): Inveni, germana, viam; aut certe circulos VII, quibus sidera continentur.

478. LVNAEQVE LABORES. Sunt errores, quibus non recte 15 incedit, vel defectus, qui contingunt in XIII lumine.

479. VNDE TREMOR TERRIS. Alii dicunt, ventum esse in concavis terrae, qui motus etiam terram movet. Sallustius: venti per concava terrae citatu. Lucanus: quaerentem erumpere

1 propriae || aëna, <sup>m</sup> corr. m. I || thesaliae || Tempe sunt proprie (proprie sunt *Servii cod. M*) loca amoena Thessaliae S Hoc accipiendum est pro quibuslibet locis; proprie tamen Tempe sunt loca amoena in Thessalia B || quae penitus S || 3 ILIC SALTUS idest venationes. AC LVSTRA FERARVM. Haec in urbibus non sunt B || 4 addit GB addidit S || quoniam S quanta G quia B Bene addit ferarum, quia in urbibus lustra meretricum sunt B || 5 segnis] signis G est segnis SB || 6 SANCTI Lion sancit G || ac per hoc] Hic B || 8 Diu quaesitum est (est om. *Servii codd. APH*) S || 9 esset vita S || philosophorum] philosopho || primam esse philosophiam, post ipsam rusticam vitam S || 11 sicut] sic S || pia paulo || placeant *Servii cod. V* ptra G || 12 Poeta quasi Musarum est sacerdos B || 13 aut om. B || 13 s. germanã || 14 aut certe] vel B || VII om. SB || 15 Sunt] vel SB || quibus] quia SB || non via recta B non recta S || 16 incedit] vel defectus — lumine] vel defectus lunae dicit B vel defectus, qui contingunt lunae, quotiens terrae altitudo interveniens radiis solis eam inluminari non patitur, a quibus dicitur lumen accipere S || lumine] lū || 18 s. motus etiam ventu per concava terrae concitantur terras movet salūs. Lucanus G *correxi cum ex Servio tum ex Scholiis Bern.* || 18 motus] motatus B || qui motus ventus per concava Lion || 19 concava G et *Servii cod. Ma* cava S, cf. *adn. ad Schol. Bern.* || citatu GB et *Servii codd. AVH* citati *Servii codd. PM* concitatus conī. Lion || erumpere] aerē per.

1 Proprie — 2 amoenitas fere paria S, similia B || 3 venationes — non sunt fere paria S, in duo scholia divis. B || 4 Bene — meretricum S, fere paria B || 5 non — prodiga S non — segnis B || 6 ac per hoc — 7 remanere fere paria B || 8 Diu — 11 placeant fere paria S || 12 Poeta — sacerdos est S, fere paria B || 13 aut artes — 14 continentur fere paria S, similia B || 15 Sunt — 16 lumine similia SB || 17 Alii — p. 316, 2 vasa fere paria BS.

18 Sallustius] *Hist. fragm. II, 43 Dietsch., II, 52 Kritz.* || 19 Lucanus] III, 460 s.



ventum Credidit. Alii aquam dicunt genitalem sub terris moveri et eas simul concutere, sicut vasa. QVA VI MARIA. Alii dicunt, quia disruptis obicibus, idest Calpe et Atlante, montibus Hispaniae et Mauretaniae Oceanus inmittitur.

5 481. QUID TANTVM OCEANO. Circulorum hoc fecit ratio, ut etiam in Aeneide <I, 745> legimus.

481 s. SOLES HIBERNI. Hiberni nobis cum sunt soles, antipodis nostris aestivi. Nam qui sphaeram scripserunt, diversa nos ab illis uno tempore pati dicunt. Cum enim sol sive huius modi 10 sive illius excedit, regiones mutantur diversitate cardinis.

483. NATVRAE ACCEDERE P. Physice scimus, unde occurrit, quod dixit.

482. TARDIS NOCTIBVS tarde venientibus in hieme.

484. FRIGIDVS OBSTITERIT. Secundum philosophos, qui dicunt 15 stultos esse frigidioris sanguinis et prudentes calidioris, unde senes, in quibus iam friget, et pueri, in quibus (necdum) calet, minus sapiunt.

488. TAYGETA. Mons et civitas Laconiae Libero et Bacchis consecratus, unde descendit Sperchius.

20 487. BACCHATA. Figura elegans, hoc est, in quibus virgines bacchatae sunt. 'Bacchantes' dicuntur in Bacchi convivio ludentes.

2 concuteri *B* || sicut uasa *GB* sicut vas aquae *S* || 2 s. Alii sic accipiunt quod ruptis (corruptis *Servii* *codd.* *AHM*, arruptis, *om.* quod *V*) obicibus *S* Alii sic accipiunt obicibus ruptis *B* || 3 Atlante *S* athlante *G* aueñ *B* || 4 Mauretaniae] mauritani || oceanus || inmittitur] eruperit et ista fecerit maria *S* Oceanus inmittitur *om.* *B* || 5 TANTVM] tan || fecit] efficit *S* || 6 in Aeneide *S* in eodem *G* || legimus] diximus *S* || 7 HIBERNI] hibes || sunt *GB* sint *Lion* || 8 sphaeram *Lion* speram *B* ueram *G* || scripserunt] scripserint *G* scripserant *Lion* scripserā *B* || nos] nobis nos *B* || 9 sive] sine || eiusmodi *Lion* || 10 motantur *B* || 11 phisice scim] *G* physicae philosophiae *S* An leg. physicae scientiae? occur] *G* occurrunt *Lion* || 12 quod] quē *G* quae *coni.* *Lion* unde sunt illa quae dixit *S* || 14 obsteterit || philosophos] physicos *S* || Nunc secundum philosophos loquitur *B* || 15 esse homines *SB* || prudentes calidi (calidioris *Servii* *codd.* *HM*), *om.* et *SB* || et senes *S* || 16 (necdum) *ex SB* *supplevi* || calet] ualet || 18 Taigeta || Laconiae *B* lacō *G* Laconum *S* || Bacchis] bacho *G* bacchis *B* et *Servii* *cod.* *M* bachis *Servii* *cod.* *A* bachi *Servii* *cod.* *V* baccho *Servii* *cod.* *P* bacho *Servii* *cod.* *H* || mons et civitas Laconiae idest Graeciae provinciae, de quo credunt descendere Sperchium fluvium, Libero et Bacchis consecratus *B* mons Laconum Libero et Bacchis sacratus (consecratus *Servii* *codd.* *a p*) *S* || 21 bachatae || bachantes || Bacchi *vel* Bacchico *coni.* *Lion* bacho *G*.

2 Alii dicunt — 4 inmittitur *similia* *SB* || 5 Circulorum — 6 legimus *ferē paria* *S* || 7 Hiberni — 10 cardinis *B* || 11 Physice — 12 dixit *similia* *S* || 13 tarde venientibus *S* || 14 Secundum — 17 sapiunt *ferē paria* *S*, *similia* *B* || 18 Mons — 19 consecratus *ferē paria* *B*, *similia* *S* || 19 unde descendit Sperchius *similia* *B* || 20 Figura *ferē paria* *add.* ut Iunilius dicit *B* || 20 s. in quibus virgines bacchatae sunt *B*, *ferē paria* *Sa*.

490. FELIX QVI POTVIT. Iam vero repetitionem facit superioris coloris. Nam hoc dicit, quia rustici felices sunt et qui tribuunt operam philosophiae.

491. METVS OMNIS qui ex fato veniunt, calcavit pedibus. FATVM. Quamquam Virgilius Epicureus est, hoc ait, quod Stoici 5 dicunt, esse fatum, sed inexorabile. Nemo ultra fatum vivere potest, \* qui sub pedibus fatum habuit.

490. RERVM idest malarum, quae in urbibus per ambitionem et avaritiam \*

492. ACHERONTIS AVARI. Palus infernalis, quae numquam 10 potest saturari.

496. AGITANS DISCORDIA FRATRES. Eteocles et Polynices, Oedipi et Iocastae filii, cum regnum Thebarum alternis anni vicibus tenerent, Eteocles adeptum regnum retinuit nec fratri restituere voluit, ad quod petendum Polynices cum Adrasti et 15 Graecorum petisset auxilium, bellum Thebis movit, in quo bello pugnantes inter se fratres Eteocles et Polynices mutuis vulneribus interierunt.

497. CONIVRATO DESCENDENS idest non sollicitatur coniuratione barbarorum; convenerunt enim iure iurando ultra fluvium Histrum 20 et coeperunt Romanos pellere, sed iussu Augusti ab Agrippa sunt proiecti.

499. AVT DOLVIT quia eis non interest, quippe qui urbibus

1 s. Repetitio est superioris coloris *S* || 2 quia] et *S* || 5 Quamquam] qm̄ *G* qñ *B* || epicureus || quod *B* quia *G* || 6 esse om. *Lion* || INEXORABILE FATVM quia non potest exorari; nemo enim potest ultra fatum vivere *B*, unde fort. leg.: sed inexorabile. (INEXORABILE). Nemo (enim) ultra etc. || 7 \* qui sub pedibus fatum habuit] *Ante haec nonnulla intercidisse videntur, e. g.:* sed felix vel felix est ille, cf. *Schol. Bern.*: Felix est ille, qui sub pedibus fatum habuit, idest calcavit || 8 in urbe *B* || 9 avaritiam \*] *Haec ita ex Schol. Bern. supplenda:* quaestiones et discordias incitant || 10 AVARI quia illa palus numquam potest saturari *B* || quae *Lion* quē *G* || 11 satiari *Lion* || 12 s. ethiocles et polinices idepicastae filii || 13 Thebanum *Lion* || anni om. *Lion* || 14 ethiocles || retinuit || 15 restituere voluit] restitueret abiit || polinices || 17 ethiocles et potin || 19 Con-

ci  
iuratio descendens || sollicitatur] sollicitatē || idest non eum sollicitat coniuratio barbarorum *S* Coniuratio barbarorum non eum sollicitat *B* || 20 histr || 21 iussu] in usu || agusti || agripa || Quia convenerunt iure iurando ultra flumen Histrum, idest Danubium, et, cum sedes ponerent, coeperunt Romanos pellere, sed iussu Augusti ab Agrippa sunt proiecti et repulsi *B* || 23 quia — p. 318, 1 remotus] Est et aliud, quod possumus accipere: ideo rusticum nec bonis nec malis alienis moveri, quia eis non interest, quippe qui ab urbibus est remotus *S*.

1 Iam vero — 3 philosophiae fere paria *S* || 4 qui — pedibus similia *S* || 5 Quamquam — 6 inexorabile *B* || 6 Nemo — 7 potest fere paria *B* || 8 idest malarum — 9 avaritiam fere paria *B* || 10 Palus — 11 saturari similia *B* || 19 s. idest non sollicitatur coniuratione barbarorum similia *SB* || 20 convenerunt — 22 proiecti similia *B* || 23 quia eis — p. 318, 1 remotus fere paria *S*, similia *B*.

est remotus. MISERANS INOPEM. Non tam durum dicit rusticum, ut inopis non misereatur, sed inopem in re rustica neminem esse dicit, quoniam agricolae naturalibus copiis abundant.

501. IVRA inexorabilia, nihil paenitentia.

5 502. TABVLARIA ubi populus continetur. Significat autem templum Saturni, in quo aerarium fuerat et reponebantur acta. Item: TABVLARIA quae fiunt in summitatibus murorum.

506. SARRANO OSTRO Tyria purpura, quod Tyrius nuncupatur, qui antea Sarranus dicebatur. Antiquum nomen Tyri Sarra.

10 508. HIC STVPET ATTONITVS ROSTRIS scilicet ut concionaretur. De Cicerone videtur dicere. Hi 'attoniti' dicuntur, iuxta quos fulmen decedit, quia timore stupeant.

509. PER CVNEOS GEMINATVS. De Pompeio videtur luisse.

15 510. CORRIPVIT. Ordo: 'corripuit enim hunc geminatus per cuneos plausus et plebis et patrum'.

511. EXILIOQVE voluntario scilicet propter avaritiam.

(DVLCIA.) Ad luxuriam, non ad necessitatem retulit, et propter homicidia dulcia, sicut ibi <Buc. I, 3>: dulcia linquimus arva.

20 512. ALIO SVB SOLE climate. Hyperbolice 'alio sub sole' dixit. Duros nimis et barbaris imperatoribus describit.

514. HINC PATRIAM. Donatus villam intellegit, non revera patriam.

1 tam] tantum *Lion* || durum] dn̄, om. *Lion* || dicunt, conī. dicit *Lion*  
 2 inopi non misereatur id inopem || Et aliter: non crudelem rusticum inducit, qui inopis non misereatur, sed qui sciens paupertatem malum non esse pauperis non doleat sortem *Sa* || in ré || 4 penitentia || 5 ubi actus publici continentur *S*  
 6 aereum *G* et aerarium (et om. *Servii codd. VM*) *S* || 7 tabulata *Lion* ||  
 8 tiria purpura q tirus || 9 quia antea || tiri || SARRANO OSTRO Tyria purpura; quae enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur *S* SARRANO apud antiquos Tyrorum civitas Sarra dicebatur, quae nunc Tyrus dicitur *B* || 10 ROSTRIS scilicet] scilicet rostris, *correxi ex Servio* || contionetur *SB* || 11 Hi] hii qui *B*  
 12 fulmen decedit *Lion cum Schol. Bern.* flumen decedit *G* || quia] qui *GB* || stupore, *corr.* timore *m. II* || 13 GEMINATVS] gem̄s || luisse] lusi *G* ludi *Lion*, qui dici *leg. conī.* || PER CVNEOS Pompeius *B* || 14 CORRIPVIT] *Cf. Serv. ad v. 50S.* geminatos || 15 plebi || 16 voluntariae scilicet populi avaritiam *G*, *correxi ex Servio* voluntariae scilicet et propter avaritiam *B* || 17 (DVLCIA) *ex Schol. Bern. supplevi* || 19 sub alio climate *S* || hiperbolice || 20 barbaros imperatores *conī. Lion* || Duros nimis describit eos, qui relicta patria ad alios migrant *B* || 21 non *S* ne *G* *An leg. nec?* || ré uera.

1 Non tam — 2 non misereatur *similia Sa* || 4 inexorabilia *SB* || 5 ubi populus continetur *similia S* || Significat — 6 acta *S* || 8 Tyria — 9 Sarra *similia SB* || 10 scilicet ut concionaretur *fere paria SB* || 11 de Cicerone videtur dicere *similia B* || Hi 'attoniti' — 12 stupeant *fere paria B* || 13 De Pompeio videtur luisse *similia B* || 14 corripuit — 15 patrum *S* || 16 voluntario — avaritiam *S*, *fere paria B* || 17 Ad luxuriam — 18 arva *fere paria B* || 19 climate *B*, *similia S* || 20 Duros — describit *similia B* || 21 Donatus — 22 patriam *S*.

517. CEREALIS M. C. Manipulos spicarum 'mergites' mergendo dicimus. 'Mergites' abundantia spicarum.

519. SICYONIA a Sicyone oppido, ubi optima oliva nascitur. TRAPETIS molis olivariis; nominativus 'trapetum'. 'Trapeta' autem sunt saxa trahendo dicta, quibus frangitur oliva.

522. IN APRICIS soli obpositis, unde et senes solem ob rigorem amantes 'apricos' dicimus.

524. CASTA PVDICITIAM. In urbibus inpudica meretrix.

531. PALAESTRA rustica luctamina. 'Palaestra' autem dicta est ἀπὸ τῆς πάλης, idest a luctatione, vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, idest. 10 (a motu) urnae; nam ducti sorte luctantur.

533. FORTIS ETRVRIA. Eleganter Italiae Etruriam iunxit, quoniam primo loquitur de Romuli imperio, et Titum (Tatium) collegam eius intellegi vult, sive quod Etrusci bellicosissimi et gens magna fuit. (Constat) secundum historiam, Tuscos (a Tuscia) usque (ad 15 fretum) Siculum omnia possedissee. Etrusci enim bellicosissimi viri, apud quos primum Romuli fuit imperium.

1 spicorum *Servii codd.* AP || 1 s. a mergendo mergites ab abundantia spicarum *Lion* || 3 Siconia a sicone || nascuntur || Sicyone oppido Laconiae — nascitur B || 4 olivaribus S || nominatus, *corr.* -tius m. II || 5 a trahendo *Lion* Trapeta saxa sunt, quibus oliva frangitur, a trahendo dicta B || 6 soli obpositis *Lion* sole obposuit G in oppositis soli B || ob rigorem] ob rigem G orientem *coni.* *Lion* || unde etiam senes aprici nominari possent, qui solem cupiunt propter rigidum sanguinem B || 8 inpudica meretrix] inpudicitia B || non ut in urbibus inpudica S || 9 Palaestra] luctatione SB || palaestra || 9 s. dicta est vel S || 10 ΔΠΟΤΟΠΔΑΕC || ΔΠΟΤΟΥΠΔΑΕΙΝ || idest] hoc est S || 11 (a motu) ex SB *supplevi* || 12 eliganter || Italiae Etruriam B italiam etruriae G || 12 s. quoniam] quia B || 13 de primo loquitur romuli imperior titum collegam, *corraxi* ex B || 14 etrusci || Sive Etrusci (trusci *codd.*) B || 15 fuit] fuerit B || (Constat) ex B *supplevi* || historias *Lion* || Secundum historiam: nam constat Tuscos usque ad fretum Siculum omnia possedissee S || 15 s. a Tuscia usque ad fretum Siculum, *om.* Tuscos et omnia possedissee B || (a Tuscia) ex B, (ad fretum) ex SB *supplevi* || 16 etrusci || viri *om.* *Lion*.

1 Manipulos — 2 dicimus *fere paria* S, *similia* B || 2 abundantia B || 3 a Sicyone — nascitur *fere paria* B, *similia* S || 4 molis olivariis B, *similia* S || nominativus 'trapetum' *similia* S || 4 'Trapeta' autem — 5 oliva *fere paria* B, *similia* Sa || 6 soli obpositis *fere paria* B || unde — 7 dicimus *similia* B || 8 In urbibus inpudica meretrix *similia* SB || 9 rustica luctamina *similia* SB 'Palaestra' — 11 luctantur SB || 12 Eleganter — 14 vult B || 14 sive quod — 15 fuit *fere paria* B || 15 Constat — 16 possedissee B, *fere paria* S.

15 secundum historiam] *Livium dicit, qui et ipse a Sa nominatur*: 'maximum enim imperium Etruscorum in Italia fuit, ut ait Livius, ab Alpibus usque ad fretum Siculum', *cf. Liv. I, 2*: 'quamquam tanta opibus Etruria erat, ut iam non terras solum, sed mare etiam per totam Italiae longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui inplisset', *et V, 33, 7*: 'Tuscorum ante Romanum imperium late terra marique opes patuere'.

536. DICTAEI REGIS. Occulte Iuppiter nutritus in Creta est lacte Climiae caprae (a) Curetibus et Corybantibus, qui ex eo Dictaeus appellatur, quia regio Cretensis Dicta a monte Dictaeo. Britomartis filia cum persequentis Minois amatoris sui vim fugiens 5 semet ex hoc monte in subiectum praecipitem deiecisset, excepta retibus incolumis evasit, qua dicitur gratia Dictynna, ideo et mons Dictaeus, non regio Creta Dictaea appellatur, in qua honestum Diana ipsa etiam opem obtulit, Dictynna appellata est.

537. IMPIA QVAM CAESIS. Mire rusticos impios dixit, quia 10 iuencos in epulas fuderunt servandos magis ruri.

538. AVREVS SATVRNVS non aureus Saturnus, sed quia in aureo saeculo regnabat, cuius rei meminit Hesiodus.

539. CLASSICA tubas, lituos: primitus enim (per classes) dividebantur exercitus, postea legio ab electione dicta est.

15 540. ENSES. Iuvenalis: Nescirent primi gladios extundere fabri.

542. ET IAM TEMPVS. Allegorice hoc dicit: debemus fatigato ingenio parcere, finem carminis facere. Sane non est comparatio, sed translatio.

1 Dictai || occultus iupiter || in Creta nutritus est *Lion* || 2 Climiae] *Amaltheae nomen reponere veritus sum*. Dinuae *Lion* || (a) Curetibus et Corybantibus] coritis et coripbantibus || 3 dictaus || appellat' || quia] quod *Lion* || dicta *Lion*, cf. *Schol. Bern.*: Dicta locus est in Graecia (an leg. in Creta?), in quo Iovis educatus est || 4 Britomartis (cf. *Paus. II, 30, 3*)] brutone martis *G* Brutone matris *Lion* || 5 semet] et *G om. Lion* || deiecisset] deiecit et || 6 incolomis euasis qua dicitur gratia || Dictynna] decinua *G* decima *Lion* || 7 dicteus || dictea 8 deana || optulit || Dianae ipsa etiam opem detulit *Lion*. *Fort. leg.* in qua quod honestam — obtulit || dictina || 9 cesis || dixit] dicit *B* || 9 s. qui iuencos in epulas eo quod funderint servandos magis ruri putabant quia maiores bovem nefas comedi putabant *B* || 11 s. quia aureo saeculo regnaverit *B* || 13 lituos] litus || primitus] prius *B* || (per classes) ex *B* *supplevi* 14 ab electione militum *B* || 15 iuuenales || 15 s. extundere] excondere || 17 allegorice *G* alligoricos *B* || 18 et facere finem carminis *S* fine carminis *B*.

1 Iuppiter nutritus in Creta est *ferè paria SB* || 3 Dictaeus — a monte Dictaeo *similia B* || 9 Mire — 10 ruri *ferè paria B* || 11 non aureus — 12 regnabat *ferè paria B* || 13 tubas *similia B* || primitus — 14 dicta est *ferè paria B* 15 Iuvenalis — 16 fabri *S* || 17 Allegorice — 19 translatio *ferè paria S. similia B*.

12 Hesiodus] *Cf. Opp. et Dd. v. 109 s.* || 15 Iuvenalis] *XV, 168.*

PROBI QVI DICITVR  
IN VERGILII  
BVCOLICA ET GEORGICA  
COMMENTARIVS.



PROBI QVI DICITVR COMMENTARIVS  
IN VERG. BVCOLICA ET GEORGICA.

P. Vergilius Maro natus Idibus Octobris Crasso et Pompeio  
consulibus matre Magia Polla, patre Vergilio rustico vico Andico,  
qui abest a Mantua milia passuum XXX, tenui facultate nutritus. 5  
Sed cum iam summis eloquentiae doctoribus vacaret, in belli civilis  
tempora incidit, quod Augustus adversus Antonium gessit, primum-  
que bellum veteranis post Mutinense, postea restitutus beneficio  
Alpheni Vari, Asinii Pollionis et Cornelii Galli, quibus in Bucolicis  
adulatur: deinde per gratiam Maecenatis in amicitiam Caesaris 10  
ductus est. Vixit pluribus annis liberali in otio, secutus Epicuri  
sectam, insigni concordia et familiaritate usus Quintili Tuccae et  
Vari. Scripsit Bucolica annos natus VIII et XX, Theocritum  
secutus, Georgica Hesiodum et Varronem. Aeneida ingressus bello  
Cantabrico hanc quoque ingenti industria ab Augusto usque ad 15  
sestertium centies honestatus est. Decessit in Calabria annum  
agens quinquagesimum et primum heredibus Augusto et Maecenate  
cum Proculo minore fratre. In eius sepulcro, quod est in via  
Puteolana, hoc legitur epigramma:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc 20  
Parthenope: cecini pascua rura duces.

V = Cod. Vaticanus nr. 2930 s. XV.

P = Cod. Parisinus nr. 8209 s. XV.

M = Cod. Monacensis Lat. nr. 755 s. XV.

E = Egnatii ed. princ. a. 1507 Venetiis impressa.

1 s. M. VAL. PROBI V Valerii Probi in Bucolica et Georgica Vergilii com-  
mentariolum P Valerii Probi super Buc. et georgic Vergilii Commentariolum M  
PROBI VETVSTISSIMI GRAMMATICI IN BVCOLICA COMMENTARI E || 3 eidibus V || octobris  
MP octobr. V Octobribus Keilius || 4 cons: M cons̄ P || Mahia P || 5 mil: M  
mil. P || pas. P || facultate P (haec et similia iam omittentur) || 7 s. primumque  
post Mutinense bellum veteranis E primumque post Mutinense bellum veteranis  
agri eius distributi sunt, postea Keilius; malim: primumque post Mutinense bellum  
veteranis eius, ager distributus, postea || 9 albeni V || 10 mecenatis P (sic semper) ||  
11 ocio P || 12 quintilii tucce M || 13 bucolica MP || octo et uiginti M octo  
et XX P || 14 eneida M || 15 hanc scripsi hac MP hoc V De lacuna, quam  
post Cantabrico statuit, Keilius ad Donati vitam Verg. provocat; cf. Schol. Bern.  
p. 737 ed. nostrae || 16 sextertium M sextetium P || añ P || 17 L<sup>m</sup> P || aug: M  
mecenate M || 18 In eius Keilius cuius VMP, quod procul dubio in verborum  
in eius locum successit quous E || sepulchro MP || 21 Partenope P || pascua  
rura duces MPE, Don. vita Verg. (Schol. Bern. p. 738 ed. n.), Cynithius Cene-  
tensis ed. Maius (script. class. VII p. 323) pascua poma phruges V.



Aeneis servata ab Augusto, quamvis ipse testamento damnat, ne quid eorum, quae non edidisset, extaret, quod et Servius Varus hoc testatur epigrammate:

Iusserat haec rapidis aboleri carmina flammis  
 5 Vergilius, Phrygium quae cecinere ducem.  
 Tucca vetat Variusque; simul tu, maxime Caesar:  
 Non tibi, sed Latiae consulis historiae.

Bucolicorum omnis origo triplex fertur: primum a Lacedaemoniis. Nam cum Xerxes Graeciam adfectaret et terribilis esset, 10 relictis civitatibus omnes Graecae in deserta loca refugerunt: post, cum apud Marathonem victus recessisset, Lacedaemoniis reversis Peloponnesum religiosior fuit cura Dianae Caryatidis colendae. Nam forte ipso die reverterunt in patriam suam victores, quo fieri sacra eidem Deae competebat. Sed quoniam praesentia virginum 15 deesset, quae ea celebrare consueverant, ne sacrificium intermitteretur, pastores ex vicinis agris contraxerunt et per eos sacra expelierunt adhibitis carminibus etiam rusticis. Ritus autem sacrorum bucolicon appellarunt, non quoniam soli boum pastores ibi fuerint, sed quoniam boves pecora praestarent magnitudine. Hoc 20 idem carmen et astrabicon dictum est ex forma, qua advecti fuerant, qui illa cantaturi erant. Sunt autem astraba vehicula dicta *παρά τὸ μὴ στρέφεσθαι*: quo titulo et Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eiusmodi vehiculis inducit. Altera causa ad Siculos pertinet. Ante Gelonis tyrannidem Syracusis lue pecora interibant:

1 damnaverit conī. Keilius cavisset E Fort. damnasset cavens || 2 quae] quod V || et om. MP || Servius Varos V Sulpicium Carthaginiensem eorum versuum auctorem dicit Donat. vita Verg. p. 738 ed. n. || 4 flammis P || 5 phrygium V phrygium M || 6 Varicusq̄ (sed ic extinctum esse videtur) M uarusque VP Keilius || simul, tu maxime Caesar interpungere Keilius et Reifferssch. || 6 s. Caesar non tibi interp. Keilius || 7 Non sinis et Latiae Don. | Apud Don. hi insuper secuntur versus: Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni Et paene est alio Troia sepulta rogo. Ipsius Sulpicii Carthaginiensis hoc legitur in anthol. Lat. ed. R. nr. 653 (II p. 106) carmen: Carmina Vergilius Phrygium prodentia Martem Secum fatali iusserat igne mori. Tucca negat, Varius prohibet, superaddite Caesar, Nomen in Aeneae non sinis esse nefas. O quam paene iterum geminasti funere funus, Troia, bis interitus causa futura tui. || 8 bucoliconum MP 8 s. Lacedaemoniis MP || 9 xerses P || Graecias M Grecias P || affectaret MP || 10 omnes Graeciae (Greciæ P) in deserta loca VMP omnis Graeciae gens in deserta loca E omnes in deserta loca Graeciae Keilius. Fort. omnes virgines in deserta loca || 11 lacedaemoniis MP || 12 in Peloponnesum E et Keilius Peloponnesum MP || 15 consueverat P || 18 bucolicon MP || pastores boum P 19 fuerint M et editores fuerunt VPE || 21 astraba VMP E astrabae Keilius || vehicula et dicta, et del. M || 21 s. *παρά τὸ στρέφεσθαι*, in marg. *παρά τὸ μὴ στρέφεσθαι* quia non torquentur huc illuc V *παρά μὴ στρέφεσθαι* suprascr. m. cad.: quia non torquentur huc illuc P *παρά* — titulo om. M, sed lacuna interiecta || 23 vehiculi V || 24 Gelonis Diomed. Gramm. Lat. ed. Keil. I p. 486, 27: Antequam Hiero rex Syracusas expugnaret || siracusis M || interibant V.

quibus refovendis votum fecerunt eiusque voti compotes templum Dianae instituerunt, quam Lyaeam vocaverunt propter quod malis essent absoluti. Ad eius dedicationem plurimi pastores confluerunt cum utribus vino plenis et panibus figuras ferarum vel pecorum referentibus iique instituerunt, ut ii, qui convenerant, laudes Deae dicerent certato, qui eas rectius prosequeretur, contenderent autem in ea forma ornati, ut cornua fronti adiuncta taenia obligarent cum utre et reticulo, quo panificia habent, et, quicumque vicisset, praemium haberet, quod is, qui victus erat, contulisset: permissumque, ut inde exirent et, quibus cantaverant, iisdem illis fausta omnarentur. [Quod genus religionis hodie conversum est in quaestum. Iidem sunt enim, qui bucolistae nominantur.] Tertia opinio ad eosdem Siculos pertinet, sed ex alia ratione. Nam Orestes post parricidium furens responso didicit, quod deponeret furorem ita demum, si reperta sorore Iphigenia \* ablueretur [fluvio, quod septem fluminibus confunderetur]. Diu vexatus cum a Taurice Iphigeniam repetisset, venit ad fines Rheginorum ibique invento flumine elutus traiecit in Siciliam et iuxta Syracusas somnio admonitus simulacrum Deae, quod secum de Taurice advexerat, templo posito consecravit, quam appellavit Facelitim, (sive) \* sive quod fasce lignorum tectum de Taurice simulacrum extulisset. Eius Deae nomen brevi approbatum propter quod plurima pecora muneri quisque conferebat. Quae cum incrementassent, non defuerunt, qui gratuitam custo-

2 Lyaeam editores, cf. *Diomed. l. l.*: Lyaeam cognominaverunt quasi solutricem malorum. Lyacam *E* Lymacam *V P* lymacham *M* || 3 cuius *P* || pastores *om. V* || 5 eique *MP* || instituerunt *E* instituerant *codd.* || 6 prosequeretur *P* || 7 Fortasse leg. in eam formam *coni. Keilius* || iuncta fronti *P* || tenia *M* || alligarent *P* || 8 s. haberent cunque (cumque *MP*) et qui vicisset praemium (praemium *P*) haberet quod *codd.* haberent et qui vicisset praemium haberet quodcunque *Keilius* haberent cum clava et qui vicisset praemium haberet quod *E*, cf. *Diomed. l. l.* et περί της εὐρέσεως τῶν βοηολικῶν *B p. 5 Theocr. ed. Fritzsche a. 1870*: "Αιδειν δὲ φασιν αὐτοὺς ἄρτον ἐξηρητημένους θηρῶν ἐν ἑαυτῶ τύπους ἔχοντα καὶ πήραν πανσπερμίας ἀνάπλεων καὶ οἶνον ἐν ἀγέλω ἀσικῶ σπονδὴν νέμοντας τοῖς ὀπαντῶσι, στέφανόν τε περικείσθαι καὶ κέρατα ἐλάφαν προκειῖσθαι καὶ μετὰ χεῖρας ἔχειν λαγαβόλον· τὸν δὲ νικήσαντα λαμβάνειν τὸν τοῦ νενικημένου ἄρτον. || 10 certaverant editores || iisdem] eisdem *P* eisque *M* || 11—12 Quod — nominantur *E, om. codd., cf. Diomed. l. l.* || 13 horestes *M* || 14 paricidium *MP* || disposeret *M* || 15 Ante ablueretur lacunae signum posui Iphigenia ablueretur. Diu *codd.* Iphigenia ablueretur fluvio quod septem fluminibus confunderetur. Diu *E* || 16 cum ac (ac *del.*) a taurice *M* cum Tauricae *V Keilius* || 17 repetisset] reperisset *VE Keilius* || fluvio *M* || 18 simulacrum *MP* || 19 deae pro quod, pro *del. M* || thaurice *M* Taurica *Keilius* || 20 Sacelitim, *corr. Facelitim, in marg. Facelitim* in antiquo *V Facelitim E* Fortasse Facelitim sive Facelinam quod *coni. Keilius provocans ad Cynth. Cenet. p. 371*: templum illi erexit cum titulo Dianae Phaselitis sive Phaselinae quia simulacrum eius avectum fuerat in fasce, ut alii volunt a face || (sive) *addidi et ante* sive quod lacunam statui; nam duplicem nominis etymologiam olim propositam fuisse, quarum altera a 'face' petita haplographiae vitio periiit, verisimilius videtur || 21 de Taurice *codd. et E* de Taurica *Keilius* || simulacrum *MP* || 21 s. approbatum *MP*.

diendis operam adhiberent, contenti tamquam mercede fructu casei vel lactis. Huius autem fluminis, apud quod purgatus est Orestes, Varro meminit Humanarum XI sic: Iuxta Rhegium fluvii sunt continui septem: Latapadon, Micotes, Eugiton, Stracteos, 5 Polie, Molee, Argeades. In his matris nece purgatus dicitur Orestes ibique ahenum eius diu fuisse ensem et ab eo aedificatum Apollinis templum, e cuius luco Rheginos, cum Delphos proficiscerentur, re divina facta lauream decerpere solitos, quam ferrent secum. Item Cato Originum III: Thesunti Tauriani vocantur de fluvio, qui propter fluit. Id oppidum Aurunci primo possederunt, inde Achaei Troia domum redeuntes. In eorum agro fluvii sunt sex, septimus finem Rheginum atque Taurinum dispescit: fluvii nomen est Pecoli. Eo Orestem cum Iphigenia atque 15 Pylade dicunt maternam necem expiatum venisse et non longinqua memoria est, cum in arbore ensem viderint, quem Orestes abiens reliquisse dicitur. Facelitis autem Dianae Lucilius quoque in tertio satirarum meminit sic:

Et saepe quod ante

20 Optasti, freta Messanae, Rhegina videbis  
Moenia, tum Liparas, Facelinae templa Dianae.

Carmen bucolicum legem habere videtur, uti versus eius quartus pes partem orationis finiat, quod Theocritus custodivit. Nam Vergilius in primo versu attendit, sequentis protinus aliam formam 25 fecit. Bucolica Theocritus facilius videtur fecisse, quoniam Graecis

1 tanquam *P* || mercede *Keilius* mercedem *codd.* et *E* || 2 horestes *M* 3 XI | *X ed. Bip.* || 4 lathapadon *M* || Micodes *P* Micodes, *suprascr.* Micos *V* || 5 Molee *om.* *P* || Argeades | Argendes *VE* || a matris *Varr. ed. Bip.* || 6 horestes *M* aeneum *M* || ahenum eius *om.* *Varr. ed. Bip.* || et] ut *V* || 7 e *om.* *V* et *Varr. ed. Bip.* || luco *Schneidewinus* (*Diana Phacelitis et Orestes p. 18*) loco *codd.* et *E* et *Varr. ed. Bip.* || 8 proficisceretur *MP* || 9 ferrēt ferrent, *priore del. P* || 10 tertio *M* Thesunti *MP* *Duebnerus* Theseunti *V* Rhegini *E* || thauriani *M* Taurocini *E* || qui] q *P* || 11 possiderunt *VM P* || achei *MP* || 12 eorum] *difficile lectu in M* || 13 reginum *P* || dispesit *P* dispertit *VE* || 14 Pecoli. Eo *Duebnerus* Pecolieo *codd.* Paccolico *E* Phacelini *Hermannus opp. II p. 73* Phacelino *Bergkiius ephem. antiq. 1845 p. 127 conl. Vib. Seq. p. 16. An Polie? cf. supra l. 5* || 15 dicunt *om. M* || et] ut *V* || 16 viderunt *Keilius* || 17 Facelitis, *in marg.* Facelitis et post faceline in antiquo codice fuit. *S. V* || 18 diane *M* || .3. satyrarum *MP* || 20 optasti] optati *sive* optatē *M* || messanā *MP* messanam, *in marg.* messanae *V* || Regina, *corr.* Regina *m. I P* regina *M* reginam, *corr.* regina *V* || 21 Mēnia *P* liparas *M* || facelinae *M* fascelinae *V* || 22 buccolicum *MP* (*sic semper P*) || 24 sequē *P* sequentem *VME* || alia forma *E* || 25 facit *P* || buccolicha *M* Grecis *P* graecus *E Keilius*.

3 Varro | *Cf. ed. Bip. I p. 206 s.* (Latopodonar, Mygodes, Eugyon, Stacterea, Polme, Meleiasa, Argeades) et *Krahneri de Varronis antiquitatum Rerum Humanarum et Divinarum libris comm. p. 17 s.* || 9 Cato | *Cf. Wagener. M. Porcii Catonis Originum fragm. p. 44* || 18 Lucilius | *Cf. Lucil. sat. rel. ed. L. Mueller. p. 11.*

sermo sic videtur divisus, ut Doris dialectos, qua ille scripsit, rustica habeatur. Opportunum fuit ergo ei, qui pastores inferebat, ea lingua disputasse. Vergilio tanto factum opus maius, quanto una lingua loquens sensus rusticos aptare elaboravit sine reprehensione sermonis. Sunt quaedam propria, heroico carmini sublimia, 5 sed in bucolico humilia, quae apte divisisse Vergilius notatus est. Nam cum Aeneas gratias Didoni ageret eiusque se, quamdiu natura rerum stetisset, memoriam habiturum confiteretur, sic ait <A. I, 607 s.>:

In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae 10  
Lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet.

Sic et Tityrus, cum beneficii Augusti gratias ageret, rerum naturae perpetuitatem congruentibus sensibus tractavit sic <E. I, 60 s.>:

Ante leves ergo pascentur in aethere cervi  
Et freta destituent nudos in litore pisces. 15

In hoc etiam carmine quosdam versus posuit, qui possint heroico carmini aptari, ut sunt <E. II, 45—48>:

Huc ades, o formose puer: tibi lilia plenis  
Ecce ferunt Nymphae calathis, tibi candida Nais  
Pallentes violas et summa papavera carpens, 20  
Narcissum et florem iungit bene olentis anethi

et quoniam intellegebat, sublimius se dixisse, novissimum versum attenuavit, quo rustico sensu carmen aptius fecit. Vergilius autem, ut Bucolica scriberet, causam eiusmodi habuit. M. Antonius Octaviam sororem Augusti habebat uxorem et provinciam sortitus est Aegyptum. 25 Ubi cum Cleopatram adamasset et uxorem duxisset repudio Octaviae dato et speraret de imperio Alexandriae constituendo, hostis publicus appellatus est. Quem persecuturus Augustus exercitus in orientem ducebat eumque bello superavit apud Actiacum Apollinem. Italiae ergo civitatibus diversas partes sequentibus Cremonenses et 30 Mantuani neutri sunt auxiliati: sed hoc Augustus indignatus veteranis, quorum operam in bello habuerat, agros Cremonensium dividi iussit et, si non suffecissent, Mantuanos adiungi. Unde factum, uti

1 sic] hic *M* || dialectus *VE Keilius* || qua] quam *VMP* || 2 habeantur *VP* || oportunum *MP* || insererat *P* || 3 disputasse *P* || 4 elaporavit, corr. elab- m. *I P* || 6 bucolico *M* bucolica *P* || uerg: *M* || 7 ageret didoni *M* || 8 sic ait *postea add. m. I in lineae fine P* || 11 sydera *P* || 12 naturam *M* || 13 sic *postea add. m. I in lineae fine P* || 14 ethere *P* aequore *V Keilius* || 15 litore *P* || 16 possent *PVE Keilius* || 17 aptari heroico carmini *M* || 19 nays *M* || 21 anethi *P* anhetis, corr. anethi *M* || 22 intellegebat, sic semper *P* || 23 sensui *VE Keilius* || 24 bucolica *MP* || 25 Aug. *P* || 25 s. Egyptum *P* || 26 s. duxisset de imperio alexandriae constituendo repudio, verbis de imp. alex. const. *inductis M* || 28 persecutus *V* || 30 diversas *E* aduersas *codd.*

Vergilius quoque agros amitteret, quos sexaginta veterani acciperent. Sed insinuatus Augusto per Cornelium Gallum, condiscipulum suum, promeruit, ut agros suos reciperet, et eo facto concitaverat in se veteranos adeo, ut a Milieno Torone primipilari paene sit interfectus,  
5 nisi fugisset, ut contestatur ipse, cum ait <E. IX, 14 ss.>:

Quod nisi me quacumque novas componere lites  
Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix,  
Nec tuus hic Moeris nec viveret ipse Menalcas.

Gratias ergo agens Augusto, quod recepisset agros, Bucolica scripsit.  
10 Sed non eodem ordine edidit, quo scripsit. Est enim ecloga, qua ereptos sibi agros queritur, sic inchoans <E. IX, 1>: Quo te, Moeri, pedes? An quo via ducit in urbem? et ea posita est in paenultimo. At prius fuit queri damnum, deinde testari beneficium. Ergo praeponi illa ecloga debuerat et sic haec substitui, qua gratias  
15 agit. Sed Vergilii consilium hoc fuit: ne offenderet imperatorem, cuius saeculo librum legendum praebebat, maluit instare testimonio. Nam ipsa ecloga, quae de damno refert, nec in ultimo posita est, ne vel sic insigniter legeretur. Plerumque enim, quae in medio ponuntur, inter prima (et ultima) delitescunt. — Qua pronuntiatione  
20 quaeque ecloga legi debeat, sic ordinabitur, quoniam in ipsis, quae cantanda putat, carminis facit mentionem; si non putat, huius omnino nominis non meminit. Adeo secunda ecloga cantanda erat: ait in principio <E. II, 6>: O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas? Sed in tertia, usque quo cantanda non fuit, praetermisit;  
25 at ubi cantandum erat <E. III, 60 s.>:

Ab Iove principium, Musae: Iovis omnia plena,  
Ille colit terras, illi mea carmina curae.

Et in reliquis eclogis hoc idem licet animadvertere. Nam Georgica quomodo pronuntiarentur, statim ostendit dicendo <G. I, 5>: Hinc  
30 canere incipiam. Item Aeneida quoniam plasmate legi volebat, ait <A. I, 1>: Arma virumque cano. — Tityri et Meliboei personas de Theocrito sumpsit, sed tamen ratio haec nominum [est];

48. PROETIDES IMPLERVNT. Proeti filiae regis Argivorum. Hesiodus docet, ex Proeto et Sthenoboea Amphidamantis natas \* Has, quod Iunonis contempserant numen, insania exterritas, quae crederent se boves factas, patriam Argos reliquisse, postea a Melampode, Amythaonis filio, sanatas ita uti \*

20

61. TVM CANIT HESPERIDVM MIRATAM MALA PVELLAM. Atalantam, Schoenei filiam, virginem velocissimam multi petebant. Praescriptum est a patre, ut is haberet, qui cursu superasset, et victus interiret. Tunc indignata Venus, esse aliquam, quae foedera ipsius nesciret, hortata est Hippomenem, ut eam peteret uxorem, deditque tria mala aurea, lecta de arbore, quam Hesperides trans Oceanum servabant. Cum his malis cursum Hippomenes intendit

25

1 subterfugere] ferfugere *P* perfugere *VME Keilius* || adlisis *VE Keilius* allisit *P* illisit *M*, nescio an recte || 2 eum *om. P* || 3 lamnis *E Keilius* || affixit *MP* || vulturem adhibuit *M* || 4 tamen *om. V* || 5 ostenderet *V* || 8 in punitus *PVE* || anulum *M* || 9 traddidit *P* || 10 retineret *V* || 11 Hylam *M* Hylā *P* || 12 aequatum] aquam *M* || Hylas quod Thiodamantis *MP*. Videtur illo quod eius quae proxima linea sequitur vocis qui praereptio contineri delitiis *MP* || 13 ibat] erat *E Keilius* || et *om. V* || immersus *PVE* || 14 quod] quasi *MP* || 16 proetides *P* || implervnt *om. PVE* || Preti *P* || regis Argivorum filiae *VE Keilius* || 17 Protheo *V* Proeto *P* || sthenoboea *M* Stenoboea *VP* || Amphidamantis] Aphidantis *Schneidewinus*, *conl. Apollod. III, 9, 1* || natas \*] Lacunam duarum linearum dimidiatarum post natas habet *P* || 18 quae] An leg. qua? || 19 s. a Melampode sanatas, sanatas *del. m. I P* || 20 filio *om. M* ita uti *MP* ita tu *V* ita ait *E Keilius*. Lacunam post ait indicavit *Keilius* || 21 s. atalantē *M* Atlantem *V* || 22 schinei *M* schenei *P* || 23 prescriptum *P* superaret *P* || et] An leg. at? || 24 federa *P* || 25 Hippomenem] Ubique y pro i pos. *MP* || 26 arborē, *corr. -re m. I P* || 27 oceanon *V*.

et ita, ut erat a Venere demonstratum, in latus unum abiecit, longius item aliud et prope finem tertium. Haec dum virgo colligere desiderat universa, victa tradita est uxor Hippomeni. Sed cum impatientius virginitatem eius Hippomenes voluisset eripere, 5 secesserunt in lucum Matris Deum ibique demutati sunt in leones.

74. QVID LOQVAR AVT SCYLLAM NISI. Nisi, regis Megarensium, crinem habentis aureum eundemque fatalem, urbem Minos, rex Cretensium, impugnabat. Sed Scylla, Nisi filia, pulchrum Minoem e muris prospectavit et adamavit et dormientis crinem patris am- 10 putavit et hosti detulit, petens praemium nuptias. At ille parricidam refragatus uxorem obsidium solvit, quoniam hostem aequae manibus filiae perditum videbat. Sed Nisus ubi facinus cognovit, filiam necaturus persequeretur ac Diis miserantibus, ne et ille faceret parricidium, demutati sunt in aves, Scylla in Cirim, ut 15 facinus etiam nomine declararet.

74 s. QVAM FAMA SECVTA EST CANDIDA SVCCINCTAM LATRANTIBVS INGVINA MONSTRIS. Phorci et Crataeidis filia Scylla Tritonem habebat amatorem, postea Neptunum paravit. Ea contumelia Triton exacerbat a Circe venena accepit, quibus illa callebat, et mare 20 infecit, per quod Scylla ad Neptunum frequentabat. Ergo fraudis ignara ubi mare ingressa est Scylla, demutata est, tenus inguina, ut canibus sex succincta, reliqua delphinus esset: pars sola hominem retinuit, quae super aqua fuit.

78. AVT VT MVTATOS TEREI NARRAVERIT ARTVS. Pandionis, 25 regis Athenarum, filiam Procnen Tereus, rex Thracum, accepit uxorem et ex ea filium Ityn generavit. Postea cum forte Athenas isset et aliam Pandionis filiam, Philomelam, virginem speciosam vidisset, ementitus Procnen interisse Philomelam uxorem accepit eique corruptae linguam amputavit, ne quo modo scelus permaneret ad 30 Procnen, et in abditis regni sui eam ablegavit. Sed illa in veste

3 uicta uxor tradita est Hippomeni P || 5 lucum E Keilius locum codd. 6 Nysi, y pro i, sic ubique M || 7 s. fatalem Minos rex Cretensium urbem, corr. m. I P || 8 Nisi F. P || Minoa P || 9 s. et amputavit et V || 10 hosti] hoc P om. M || dettulit P || premium P || 12 iubebat V || 13 dis P || 14 parricidium P permutati in aues sunt M || cyrim MP || 15 etiam] et in M, etiam in J, fortasse recte || 17 Crataeidis M Crataeidis P Crataeidis V || Tritonem P 18 Neptunum P || paravit] An leg. praetulit? || 19 accepit P || 20 per] et V quod corr. m. I P || 22 homine M || 23 aquam E Keilius || 25 Procne MP Thereus P || thracum M || accepit P || 26 ytim M || esset V || 27 speciosam] sponsam V, procul dubio abbreviatione spiosam male intellecta || 28 Procnen P interiisse M || accepit P || 29 linguam P || quo] quoquo P || scelus om. V || permaneret] perueniret M || 30 Procnen MP || et ut in VM An leg. et tum in? eam om. V || ablegavit E Keilius ablegauerat codd.

descripsit facinora Terei et sic sorori declaravit. Tum Procne filium communem Ityn per membra laceratum Tereo praebuit epulandum. Confessa deinde, quod fecisset, cum sorore effugit. Tereus vindex persequebatur, sed omnes demutati sunt in aves, Procne in lusciniam, Philomela in hirundinem, Tereus in upupam. 5

82. OMNIA QVAE EVROTAS. Eurotas amnis, ut ait Callimachus, in flumina serpit per Laconum fines. Fontes agit ex monte Maenali, confunditur Alpheo rursusque discedit. Ripae eius lauro opacantur, quas ait Apollinis edidisse voces, cum eodem loco carmina referret. 'Beatum' dixit ob potentatum Laconum. 10

VII, 61. POPVLVS ALCIDAE. Alcides Hercules ab Alcaeo monte sive ἀπό τῆς ἀλκῆς, id est fortitudine. Pindarus initio Alciden nominatum, postea Herculem dicit ab Ἥρα, quam Iunonem dicimus, quod eius imperiis opinionem famamque virtutis sit consecutus. In huius tutela populus, Liberi vites, Veneris autem myrtus. Physici 15 Herculem tempus dicunt interpretantes ideoque populum ei assignari ἀλληγορικῶς, ut, quia bicolor sit, partes temporis accipere possimus, id est noctis atque diei.

VIII, 27. GRYPHES. Ferae, quae habent capita aquilae, cetera membra leonis, cum alis ingentis magnitudinis, in tutela Apollinis. 20

31. MAENALIOS. Pastorales a Maenalo, monte Arcadiae, quae regio plurima pascua habet.

56. (ARION). Arion Methymnaeus citharoedus, cum in piratas incurrisset, impetravit, ut sub eodem habitu, quo in scaenam prodire adsuesset, canere ei liceret. Qui cum cantu delphinos eliciisset 25 et in mare se praecipitavisset, exceptus ab ipsis perlatus in terram est.

1 Terei | Thesei *P* || tunc *MP* || 2 comunem *M* || Itym *MP* || 3 aufugit *M* || 5 hyrundinem *M* || 6 que *P* || 7 finis *VP* || fontis *V* || 7 s. Maenalo *Keilius*, cf. *lin.* 21 maenali (menalio *MP*) *codd.* || 8 Alpheoi *P* || 10 Laconum | *Post hoc duarum linearum lacuna in M* || 11 Populum *V* || Alcydae *MP* Alcydes *M* alceo *MP* || monte *codd.* avo *E Keilius*, qui haec ex Pomponio Sabino adfert: Alcides dicitur Hercules aut ab viro Alcaeo Amphitryonis patre aut a colle Alceo qui est in agro Thebano || 12 ἀπο τῆς ἀλκῆς *M* a potis alcis *P* || in initio *V* || 12 s. nominatum Alciden *P* || Alcyden *M* || dicit *om.* *P* || Hera *MP* || 15 in Veneris *PVE* || phisici *MP* || 16 tempus *om.* *P* || ei] eius *MP* || 16 s. assignari *MP* || 17 allegoricos *MP* || 18 possimus *ME* possumus *VP* || atque] et *P* || 19 Gripes *M* Gripes *P* || 21 Menalios *MP* || Menalo *P* || Archadiae *M* || 23 (ARION) lemma *supplevi* || Arion *P* || Metymneus *P* Methymnaeus *M* || cytharodus *MP* || pyratas *MP* || 24 in scaenam *M* in scenam *VE* in scena *P* 25 assuesset *M* || delphines *P* || 26 in mari *M* || precipitavisset *P* || perlatus] perlitus *V*.

6 Callimachus | Cf. *Callimachi opp. ed. Schneider. II p. 328* || 12 Pindarus | Cf. *Pindari opera ed. Hartung. IV p. 265, nr. 108.*



IX, 13. CHAONIAS. Quoniam columbae in Chaonia, regione Epiri, in quercus arbore sedisse dicuntur et humana voce dedisse responsa et ita bonum augurium erat, si corvus dextra, cornix sinistra volaret, ut Cicero divinarum: Quorum a dextra corvus, 5 a sinistra cornix. facit augurium.

47. DIONAEI CAESARIS. Sive eadem Venus sive mater Veneris est: divum Iulium significat, cuius capiti in statua stella addita est.

X, 1. ARETHVSA. Fons in Sicilia, a quo Musas videtur cognominare, quoniam Bucolica carmen Siculum, vel quia amoris causa 10 Alpheus, Pisae fluvius, per mare defluens in eam convenit.

18. ADONIS. (Ut) Hesiodus ait, Phoenicis et Alpheisiboeae; Agenoris Thiantis, qui Histriam Arabiamque tenuit imperio, ut Antimachus ait, regnavit in Cypro; ut Philostephanus libro, quo quaestiones poeticas reddidit, ex Iove sine ullius feminae accubitu 15 procreatus. Hunc venandi studiosum fuisse et ab apro interisse, atque ita plurimis cognitum. Pastorem non invenimus fuisse, sed amatoriam fictam Veneris induxit historiam.

50. CHALCIDICO. Euphorion elegiarum scriptor Chalcidensis fuit, cuius in scribendo secutus colorem videtur Cornelius Gallus.

20 62. HAMADRYADES. Nymphae, quae pariter cum arboribus et crescere et decrescere traduntur.

Praedivisione, quam Graeci *προδιαίρεσιν* vocant, quid quoque libro praecipiat, significat. Hoc enim rationem arborum cultibus agrestibus necessariam ex siderum observatione relaturum se pro-

2 Epyri *P* || in quercus arbores *codd.* in quercu arbore *E Keilius* || dedisset *V* || 6 Dionei *M* || mater | mir *M* || 8 in Sicilia *om.* *V* || 9 buccolica *MP* uel quia *VMP* vel quoniam *E Keilius* || 10 Alphius *V* || fluvius | Fl. *P* || 11 (Ut) *addidit Keilius*; *fortasse et alterum Adonis lacuna haustum* || ait *om.* *V* Phenicis *P* Phenicis *M* || Alpheisiboeae *P* || 12 Thiantis *Stollius cont. Apollod. III, 14, 4* hoantis *codd.* Thoantis *E* || Hystriam *P* || 13 Anthimachus *P* || regnavit in Cypro ut et Philostephanus libro *M* || in *om.* *VPE Keilius* || 14 quaestiones *P* sine *om.* *P* || feminae | femine *P* stamine *V* || concubitu *P* || 15 procreatum *VMP.* *Legendum fortasse:* ut et Philostephanus libro — reddidit; ex Iove sine — procreatum hunc venandi etc. || interiisse *M* || 17 amator iam *M* || 18 Chalcidico *M* || calcidensis *MP* || 19 Cornelius | Cor *P* || 20 amadryades *MP* 20 s. et crescere] et *om.* *M* || 21 traduntur] dicuntur *τέλος* Buccolicē *M* || 22 *In codd. praemissa:* Val: probus super Georgiē Vergil~ *M* *FINIS (col. nigr.)* Commentariolum in Georgica (*col. rubr.*) *P* GEORGICA *V* || Pre diuisione *M* || *προδιαίρεσιν E* prodieheresim *M* pro Dieresim *V* prodieherē<sup>si</sup> (si *m. II*) *P* 23 cultis *MP om.* *V* || 24 necessaria *V* || syderum *P* || relaturum *om.* *M.*

4 Cicero divinarum] *Cf. Cic. de Divin. I, 39, 85:* Quid augur cur a dextra corvus, a sinistra cornix faciat ratum? || 11 Hesiodus] *Cf. Apollod. III, 14, 4* || 13 Antimachus] *Cf. Antimachi fragm. CXVII p. 107 ed. Stoll.* || Philostephanus] *Cf. Muelléri fragm. hist. Graec. III p. 31.*

misit, secundo demonstraturum, quemadmodum vitibus ulmi maritentur et quae cum his olearum cura agi debeat, tertio pecorum armentorumque rationem, quarto apium indicaturum. Dicturus autem de arvis ait <G. I, 1s.>: Quid faciat laetas segetes, quo sidere terram Vertere Maecenas; de arboribus et vineis 5 <G. I, 2s.>: Ulmisque adiungere vites Conveniat; de pecoribus et armentis <G. I, 3s.>: Quae cura boum, qui cultus habendo Sit pecori; de apibus <G. I, 4>: Apibus quanta experientia parcis.

Georg. I, 5—7. VOS, O CLARISSIMA MVNDI LVMINA, LABENTEM 10 CAELO QVAE DVCTIS ANNUM, LIBER ET ALMA CERES. Hoc loco vult intellegi Lunam Cererem, a creando dictam, quia maturet fruges, Solem Liberum, quia libere pervagetur per aera, vel quia eius fulgor aliorum siderum lumina praestringat, vel quia maturet vineas. 15

7 s. VESTROQVE IN MVNERE TELLVS CHAONIAM PINGVI GLANDEM MVTAVIT ARISTA. Chaonia dicta est a Chaonia, regione Epiri, in qua Dodonaei Iovis est oraculum a loco dictum Dodone eius regionis. Itaque columbas etiam existimatur ab ea regione Chaonias dictas et in hoc oraculo fuisse vocales et responsa dedisse consulentibus. 20 Traditur etiam quercus arbor subiecta tutelae Dodonaei Iovis fuisse aequae vocalis, ut columbae, et responsa dedisse ad idem oraculum, quod testatur Vergilius dicens <G. II, 16>: Atque habitae Graiis oracula quercus. Unde dici Chaoniam glandem ipse declarat, cum dicit <G. II, 67>: Chaonisque patris glandes. Appellata 25 est autem ea regio ab Heleno Chaonia, ut ipse testatur <A. III, 355>: Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit.

9. POCVLAQVE INVENTIS ACHELOIA MISCVIT VVIS. Aetolus pastor Staphylus, cum Oenei capellas in pabulum deduceret, notavit unam praecipue secedentem a grege, laetioem(que) ceteris reci- 30

4 autem *M* cum *VP* quidem *E* || aruis aruis, *priore m. I del. P* || 5 Maecenas *MP* || 8 quanta sit experientia *V* || 11 loco *E* loci *codd.* *An leg.* Hoc loco lumina? || 12 intelligi *MP* || 13 liber evagetur *Gaudentius, cf. Scholia Bern. p. 844 ed. meae, pro quibus libere vagetur scripsi, cont. Schol. Bern. l. l. ad G. I, 7*; Liber, quia libere commoveat || 14 syderum *P* || prestringat *P* perstringat *V* || 16 *Fortasse* Vestro quia munere *Keilius* || 17 Epyri *P* || 18 Dodonei *MP* || Dodone *VPE* Dodonae *M* Dodona *Keilius* || 19 existimatur] existimat *codd. et E, cf. p. 350, 15* || 21 s. tutelae Iovis fuisse aequae vocalis ut Dodonae (Dodone] *P* Dodone *VM et E*) et responsa *Keilius cum codd. addita coniectura*: tutelae Iovis fuisse Dodonae aequae vocalis ut columbae et responsa, *quam sumus fere amplexi* || 22 ad] apud *E* || idem] identidem *V* || 23 graiis *MP* || 25 Chaonisque] chaoniis *M* || 26 eleno *M Fort. leg.*: a Chaone Troiano Chaonia || 28 Aetholus *MP Cf. Apulei. de orthogr. p. 6 Os. Schol. Leid. p. 267 Suringar.* || 29 Staphilus *MP* || ene] *P* || 30 praecipue *P* || laetioem (que)] laetioem *codd. et E* || ceteris *P*.

pientem se serius in praesepia. Cuius rei ut causam cognosceret, secutus est eam clam et in remota stirpe animadvertit uvam edentem, pomum iis temporibus incognitum, et sustulit regique pertulit Oeneo, qui expresso humore delectatus, cum eum vetustate  
5 cognosceret mitescere, Libero patri posuit excepto a se hospitio. Cuius rei cultum cum demonstraret Liber, ut perpetua inventorum esset gloria, constituit, ut ab Oeneo οἶνος appellaretur vinum, a Staphylo uva σταφυλή. Achelous est autem flumen Aetoliae. Ita quantum ad Acheloum pertinet, aqua intellegi poterit, quem ideo  
10 potissimum nominavit, quod primus in Graeciam videtur fluxisse. Uva autem significat vinum.

10. ET VOS, AGRESTVM PRAESENTIA NVMINA FAVNI. Eundem Pana, eundem Inuum, eundem Faunum quidam interpretantur, quod ei in Italia quidam annum sacrum celebrant, quidam menstruum.  
15 Existimatur autem fuisse Faunus rex Aboriginum, qui cives suos mitiorem vitam docuerit ritu ferarum viventes, et primus loca certis numinibus et aedificia quaedam lucosque sacraverit, a quo et fana sunt dicta. Ipse autem receptus in Deorum numerum creditur. Itaque etiam oraculum eius in Albunea, Laurentinorum silva, est.  
20 Plures autem existimantur esse et praesentes idcirco, quod rusticis persuasum est incolentibus eam partem Italiae, quae suburbana est, saepe eos in agris conspici.

11. DRYADESQVE PVELLAE. 'Dryadas puellas' dicit, quas alii Hamadryadas vocant, et eas cum quercu nasci et simul interire,  
25 sed diuturnas esse, et inde Hamadryadas dictas. Quercus enim Graece appellatur δρῦς, ἄμα significat simul.

12. TVQVE O, CVI PRIMA FREMENTEM FVDIT EQVVM MAGNO TELLVS PERCVSSA TRIDENTI, NEPTVNE. Campi in Thessalia sunt Petraei, in quibus locus, Petra nomine, percussus tridente Neptuni  
30 emisit equum, qui Scyphios vocatur. Romani autem Neptunum

2 remota] re mosta V || 3 edentem] adeuntem V || eis MP || substulit MP || 4 Oeneo E Inacho VP Inaco M || 5 agnosceret M || posuit] An leg. proposuit? || 7 οἶνος E οἶνον V oenon P aenon M || 8 staphilo M || staphile M Staphyle P Staphyle V || autem est M || flumen] Fl. P || etholie P etholiae M || 9 intelligi MP || 10 Graeciam P || 11 significavit MP || 14 Italiā P || annum P || 15 Aboriginum MP || ab originum qui cives submitiorem V || suos] sub, corr. suos m. I P || 17 numinibus Keilius nominibus codd. et E || fama V || 18 ipse P || numerum deorum M || Ipse — creditur om. V || 19 etiam] et E Keilius || sylva P || 20 et] etiam VP || 23 aliis V || 24 amadryadas P amadriadas M || 25 sed — dictas om. V || diuturnas] An leg. divinas? || amadryadas MP || 26 grece MP appellatur om. M || δρῦς ἄμα M Drys: hama P || significat om. V || 28 tridenti VMP tridente E || Neptune, superscr. o P Neptuni V || Tesalia P || 29 petrei MP || nomine Petra M || tridenti V || 30 emisit E emisit VMP || vocatur] An leg. vocatus?

equestrem vocant, Graeci *ἵππικὸν Ποσειδῶνα*, quod existimatur princeps originis equorum, et idcirco etiam poetae tradunt ab eo donatum Adrasto equum Ariona et Iunoni Xanthum et Cyllaron, quos illa dederit Castori et Polluci. Sed harum fabularum et opinionis huius initium est natura. Nam quia animalium materia liquore constat et ea praecipue effusa in studium est generationis naturae equestris, adeo ut equas certum sit plerumque e vento concipere, animalium seminis, hoc est liquoris universi Deus existimatur Neptunus, equorum eo magis, quod planities eis conveniens sit, quae aquis accidit.

14. ET CVLTOR NEMORVM, CVI PINGVIA CEAE TERCENTVM NIVEI TONDENT DVMETA IVVENCII. Insula est Cea in Aegaeo mari, in qua sunt urbes quattuor, Iulis, Carthaea, Poecessa, Coressos. Ibi existimatur pestilentia fuisse pecorum et armentorum gravis propter interitum Actaeonis. Aristaeus monstrante Apolline patre profectus est in insulam Ceam et ibi sacrificio facto aram Iovi Icmæo constituit, qui placatis flatibus et aestu, qui necabant pecora et armenta, liberavit ea. Ipse autem post excessum vitae imperante oraculo Apollinis ab inhabitantibus eam insulam relatus in numerum Deorum appellatus est Nomius et Aeguros, quod et agresti studio et cura pecorum armentorumque non mediocriter profuerat hominibus. Traditur haec historia de Aristaeo in corpore Argonautarum a Varrone Atacino. — ‘Dumeta’ et aspera loca et montuosa dicuntur.

16 ss. IPSE NEMVS LINQVENS PATRIVM SALTVSQVE LYCAEI PAN, OVIVM CVSTOS, TVA SI TIBI MAENALA CVRAE, ADSIS, O TEGEAEAE, 25 FAVENS. Pana Inuum Latini interpretantur, cuius religionem Italiae

1 Greci *P* || hippicon *M* hyppicon *VP* || Posidona *MP* Possidona *V* ||  
 2 idcirco, sic semper *MP* || poetae etiam *M* || 3 equum (equum *M*) Adrasto *MP* ||  
 6 liquore] natura *V* || ea *Keilius* ei *codd.* et *E* || praecipue *P* praecipua *V* ||  
 6 s. effusa in studium constat et generationis est naturae *M* effusa in studium constat et generationis naturae *E* effusa in studium et generationes est naturae *P* || 7 ut *E* *om. codd.* ||  
 9 eis *E* ei *codd.* iis *Keilius* || 12 Egeo *P* || 13 quattuor *P* || Iulis — Coressos *E* Pylis Carthea Loessa Cersos *codd.* Ad *Strabon.* X p. 486 provocat *Keilius* ||  
 15 Actaeonis *MP* || Aristaeus *MP* || 16 Icmæo *Keilius* icmeo *E* Ichnio *P* isthmio (st *haud dilucide scriptum teste Thulone*) *M* Ionio *V* Cf. *Apoll. Rhod. II, 522 cum scholiis* || 17 placatis *E* placatus *codd.* || 18 impante *P* || 19 Apollinis *om. V* || inhabitantibus] immorantibus *M* immorantibus *VPE* || eam insulam] in ea insula *coni. Ruhmkentius epist. crit. 2 p. 209, quem secutus est Keilius* || 20 est *om. V* || Aegoros *E* Aegaros *MP* Aegatos *V* Agreus *coni. Ruhmkentius l. c.* || 22 hystoria *M* || Aristaeo] aristeo *codd.* et *E* || in corpore, corr. opere (a *Petro Crinito, codicis M scriptore*) *M* || 23 Attacionio *V* || Dumeta] dum *P* dū *M* || montosa *MP* || 24 saltus *V* || Lycei *M* || 25 si *om. V* || Menala *MP* || assis *P* || o *om. V* || 26 relligionem *P*.

22 s. a Varrone Atacino] Cf. *Riesei Varr. Sat. Menipp. p. 261 ss.*

fertur intulisse Evander. Sed creditur propter duo argumenta sub eius numine et vocabulo Iuppiter coli, id est mundus, quorum unum est, quod Pan Graece significat 'omne', idest universam naturam, alterum, quod hinuleaginae pellis, qua tegitur, varietas maculis imitetur stellas.

5 Maenalus et Lycaeus montes sunt Arcadiae, Tegea eiusdem oppidum, cuius nomine est in Tuscia ab exulibus Arcadiae urbs condita.

18. OLEAEQVE MINERVA INVENTRIX. Putant eam quidam et Neptunum contentionem de Athenis habuisse, utrius urbs esset nomine. Neptunum tridente percussisse arcem et inde prosiluisse

10 aquam salsi haustus, et hodie fontem in ea arce Neptuni appellari. Minervam ictu cuspidis indidem oleam evocasse, quae quia utilior esset hominibus, ei cessisse Athenas.

19. VNCIQVE PVER MONSTRATOR ARATRI. Quidam putant Triptole-  
 15 lemmum Atticum dici, quem in volucri curru tradunt poetae fruges terris credidisse; quidam Buzygen, qui primus iunctis (iumentis) existimatur ad arandum usus. Sed constat multis annis ante et fruges in Aegypto inventas esse et arasse primum Osirim duobus bubus, quorum nomina nunc sunt sacra sub eis, qui religionis causa eodem vocabulo appellati coluntur, Apis et Mnevis, quorum

20 alterum Memphitae colunt, Apim, alterum Heliopolitae, Mnevim.

20. ET TENERAM AB RADICE FERENS, SILVANE, CYPRESSVM. Silvanum quidam sic ortum ferunt. Crathis pastor in Italia cum iuxta flumen quoddam pasceret capellas et unam earum soleret incurrere, hoc est libidini suae in ea serviret et obdormisset in

25 ripa sedens somnique pondere caput quasi deiectum subinde nutaret, caper, qui solebat eam capellam sallere, impetu in eum facto cerebroque eius cornibus disiecto abiecit eum in flumen, quod interfecti nomine Crathis est appellatum. Cum autem ex capella puer esset

2 numine *M* nomine *PVE* Keilius || unus *V* || 3 Grece *P* || omne] <sup>f</sup> omem *M* omen *P* || 4 hinuleaginae] inuleagineae *MP* inu leagineae *V* hinuli *E* et Pomponius Sabinus, quos secutus est Keilius || varietas *om.* *M* || 5 Menalus et Lyceus *MP* || Archadiae *MP* || Tegea *P* || 6 Thuscia *M* || Archadiae *MP* condita urbs *P* || 8 contententem, *corr. m.* *I* contentionem *P* || utrius — 9 nomine] *An leg.* sub utrius — numine? *cf. supra l. 2* || 9 tridentem *P* || 10 aquam] equam *M* || odie *P* || 11 indidem] in idem *codd. et E* ibidem Keilius 13 s. Triptolemmum *P* || 14 quem *E* cum *codd.* Fortasse eum Keilius || 15 terris credidisse Keilius Broukhusium ad *Tib. I., 8, 28* secutus, qui tamen terrae maluit terris reddidisse *codd.* terrae reddidisse *E* || Buzygen Broukhusius *l. l.* Bizeser *codd.* Bresser *E* || (iumentis) addidi || 16 usus *om.* *P* || 16 s. et fruges *om.* *P* || 17 Egypto *P* || Osyrim *MP* || 18 iis *VE* || religionis *P* || 19 Mnevis Keilius Mneii *P* Mnei *M* Mneni *V* μέμφης *E* || 20 Memphyte *P* || Heliopolitae Keilius *conl. Pomp. Sab.*: qui colitur in Heliopoli. Liopote *VP* hyopte *M* hieropolitae *E* || Mnevim] Mneii *P* Mnei *M* Mneni *V* μέμφης *E* || 21 a radice *M* || Syluane *P* || 22 Syluanum *P* || quidem *M* || 23 quodam *P* || 26 salire *E* Keilius 27 s. interfecti nomine] in facti nomine *E* infati (in fati *P*) nomine *MP* in facti memoriam *V* (?) editores; fortasse ab interfecti nomine Keilius.

natus, cuius pars inferior erat caprina, eumque dominus educaret augeturque eius rem familiarem, ut eum animadvertit adultae esse aetatis educator, timens, ne feritas eius noceret suis, clam eum tollit in silvam et ibi destituit. Quem quia in silva primum agrestes conspexerant, ut Deum venerati Silvanum appellaverunt. 5

27. ACCIPIAT CINGENS MATERNA TEMPORA MYRTO. Myrtus est arbuscula Veneris subiecta tutelae. Caesar autem Iulius quia trahit ab Aenea genus, idcirco 'materna' myrtus dicta est a Vergilio.

30. TIBI SERVIAT VLTIMA THVLE, TEQVE SIBI GENERVM TETHYS EMAT OMNIBVS VNDIS. Superior sensus declarat ambigi inter Deos, 10 utrum Iovi succedere debeat Caesar, frugum tempestatumque arbiter futurus agrestibus et omnibus urbibus venerabilis; sequens, an etiam Neptuno, qui ei det Amphitriten, uxorem Neptuni, futuram Caesaris coniugem: Tethyn matrem ait dubitare generatam ex Oceano. Insulae sunt in oceano Septentrionali iunctae Britanniae ultimis 15 partibus Orcades, quarum ultima est Thule. Significat ergo, hanc quoque servituram Caesari consecuturo honores caelestes.

32—35. ANNE NOVVM TARDIS SIDVS TE MENSIBVS ADDAS, QVA LOCVS ERIGONEN INTER CHELASQVE SEQVENTIS PANDITVR. IPSE TIBI IAM BRACHIA CONTRAHIT ARDENS SCORPIO, SED CAELI IVSTA 20 PLVS PARTE RELINQVIT. 'Tardis mensibus' ideo, quod domicilium Saturni tradant astrologi libram, quod est signum aequitatis, cuius mensis est biennii et sex mensium, cuius loco futurum Caesarem dicit. Chelas dicit scorpionis brachia; Erigonen dicit virginem, quae Iustitia, Astraei filia, quae cum morata esset aureo et argenteo 25 saeculo cum hominibus, ferreo saeculo se recepit in caelum, quia ultra in terris sedem non habuerit nec sustinuerit se hominum miscere sceleribus. Erigone autem Icari fuit filia, pastoris Attici, quae relata est in numerum siderum, non signorum. Sidera enim extra signiferum circulum sunt, signa tantum duodecim placet esse 30 astrologis. — 'Iusta plus parte relinquit', a scorpione, quia scorio

1 eumque *E* eum *VMP* || 2 eius *om.* *P* || augeturque ea re familiaritatem *E* |

nt] et *P* || 3 eum clam *M* || 4 syluam *P* sylu///s (*fuisse videtur olim syluis*) *M* | in sylua *MP* || 5 Sylluanum *P* || 6 cingentis *VP* || materna *om.* *P* || myrtho *P* mirtho *M* || myrthus *MP* || 7 tutelle *P* || 8 myrthus *P* || 9 Thile *MP* || Tethis *V* Thetys *P* thetis *M* || 13 det] de *V* dedit *M* || Amphitritē *P* || 14 Thetyn *V* Tethin *P* Thetys *M* || 16 orchades *MP* || Thile *P* Thilae *M* || ergo *om.* *P* 17 servituram] futuram (*compendio fuituram male intellecto*) *M* || 18 sydus *MP* 19 panditus *P* || 20 brachia *P* || iuxta *VMP* || 24 brachia *P* || Erigonen *VME* || 25 quae editores, cf. *Hygin. 130* cui *VM* cū *P* quoi *E* || iusticia *M* | Astrei *MP* || et argenteo *om.* *P* || 26 recepit *P* || 27 substituerit *MP* || 28 filia fuit *P* || 29 syderum *P* || Sydera *P* || 30 xii *MP* || 31 iuxta *VM* || reliquit *V* scorio *Keilius* scorprios *MPE* scorpis *V*.

duorum signorum spatium tenet, in cuius brachiis duobus est posita statera, signum librae, quem Graeci ξυρόν vocant. Hoc enim spatium ab eo detineri et Ovidius testatur, cum ait:

- Est locus, in geminos ubi brachia concavat arcus  
 5 Scorpius et cauda flexisque utrimque lacertis  
 Porrrigit in spatium signorum membra duorum.

36—39. QVICQVID ERIS: NAM TE NEC SPERENT TARTARA REGEM,  
 NEC TIBI REGNANDI VENIAT TAM DIRA CVPIDO, QVAMVIS ELYSIOS  
 MIRETVR GRAECIA CAMPOS NEC REPETITA SEQVI CVRET PROSERPINA  
 10 MATREM. Tartarum ait Vergilius apud Inferos locum praecipitem  
 infinitae altitudinis, cum ait <A. VI, 577—579>:

Tum Tartaros ipse

- Bis patet in praeceps tantum tenditque sub umbras,  
 Quantus ad aetherium caeli suspectus Olympum.  
 15 Elysios campos dicit apud Inferos, in quos recipiantur piorum  
 animae, quos alii putant esse insulas fortunatorum. Nam quod  
 negat Proserpinam sequi voluisse matrem, contra historiam refert.  
 Cognito enim eius raptu Ceres Iovi detulit querelam, qui permisit  
 matri filiam abducere, si nullum cibum ore apud Inferos contigisset.  
 20 Cum autem indicium fecisset Ascalaphus, Orphnes et Acherontis  
 filius, eam tria grana mali punici in horto Ditis devorasse, mutatus  
 est in avem bubonem. Iuppiter permisit sex mensibus cum matre  
 filiam esse, totidem vero apud Inferos.

47s. ILLA SEGES DEMVM VOTIS RESPONDET AVARI AGRICOLAE,  
 25 BIS QVAE SOLEM, BIS FRIGORA SENSIT. De eo agro loquitur, quem  
 novalem vocant. Is autem alternis annis cessat, sed sub exitu  
 hiemis, hoc est initio veris proscinditur, et ita aestate, quae se-  
 quitur, siccatur: deinde sub introitu hiemis semente facta sequenti  
 aestate reddit fructum. Ergo bis sentit frigus, semel [aestatem]  
 30 deficiente hieme initio veris, iterum post sementem; bis solem,  
 semel aestate qua cessat, iterum qua fructum refert. Ipse autem

1 spacium *M* spatio *V* || 2 quem] quam *Keilius* quae *E* || Greci *P* |  
 ξύρον *E* zicon *codd.* || spacio *M* || 3 et] etiam *MP*, fortasse recte || 4 brachia *P* ||  
 5 utrique *MP* utrinque *VE* || 6 spacium *M* || 7 spernent *VP* || 8 Elysios *M*  
 elisos *V* || 9 Graecia *P* || 10 aput *P* || precipitem *P* || 13 tendique *P* || 14 caeli  
 suspectus Olympum *om.* *MP* || 17 hystoriam *M* || 18 dettulit *P* || 19 apud inferos  
 ore *V* || 20 Ascalaphus Orphnes *E*, *Pomponius Sabinus* Alachus Orphei (orphei *M*  
 Orphei *P*) *codd.* || 21 filius] :f; *M* || eam] ea *M* || orto *MP* || Ditis *editores*  
 dicit *codd.* || 22 est *om.* *V* || matrem *V* || 25 sentit *V* || 26 Is autem *om.* *V*  
 27 hyemis *P* || 28 hyemis *P* || 29 aestatem (aestate *E*) *uncis inclusit Keilius*  
 30 hyeme *P* || 31 aestatem quia *VP* || cesserat *V* || qua fructum] qua fructus *E*  
 quia fructum *V*.

3 Ovidius] *Met. II, 195—197.*

substituēt huius rei causam progressu operis, cum praecipiet, ut sub introitu hiemis sterilis ager proscindatur. Illum enim, qui est fertilis, sub exitu hiemis proscissum ideo putat relinqui oportere cessantem, ut siccetur aestu proximo, ne luxuriantis soli natura fertilis efficiatur, (idest) inter fruges herbae nascantur. Rursus eum, qui sterilis est, idcirco sub hieme proscindendum putat, quod humorem caelestem hibernumque accipiēdo esse foecundior possit. Itaque <G. I, 69 s.>:

Illic officiant laetis ne frugibus herbae,

Hic sterilem exiguus ne deserat humor harenam. 10

56—59. NONNE VIDES, CROCEOS VT [SEMPER] TMOLVS ODORES, INDIA MITTIT EBVR, MOLLES SVA TVRA SABAEI, AT CHALYBES NVDI FERRVM VIROSAQVE PONTVS CASTOREA, ELIADVM PALMAS EPIROS EQVARVM? TMOLVS Lydiae mons est, quem non idcirco nominat utique, quod solus crocum ferat, sed quod praecipue, ut <G. I, 228> 15 Pelusiacam lentem dicit et <G. II, 519> Sicyoniam baccam, olivam, non quod Sicyone tantum nascatur aut Pelusii lens. — INDIA MITTIT EBVR, sed et Africa, sed maiores sunt in India elephantī. — SABAEI natio est Arabiae, quos ‘molles’ vitio sermonis, quia parum viriliter loquantur. — CHALYBES natio Pontica, in qua sunt ferrifodinae: ibi autem a nudis ferrum quaeritur. — PONTVS fert et castorea, sed non solus. Fibri enim testes hoc nomine appellantur. Quod animal cum etiam in aliis regionibus, quam Ponto, nascatur, non tamen tanta vis est testium, quanta Ponticorum fibrorum. — ELIADVM PALMAS EPIROS EQVARVM. Copiosissimam etiam palmis Epirum significat, nec tamen solam eas ferre, dicit enim et <G. III, 12> Idumaeas. — Quaeri solet, quare ‘equarum’ potius, quam ‘equorum’ dicat. Ipse rationem consilii sui explicat, cum ait in libro tertio <G. III, 49—51>:

Seu quis, Olympiacae miratus praemia palmae, 30

Pascit equos, seu quis fortis ad aratra iuencos,

Corpora praecipue matrum legat.

1 sustinet V || precipiet P || 2 hyemis P || 4 siccetū P || 5 (idest) (= .i.) addidi et E om. codd. || rursum M || 6 hyeme P || 7 celestem || excipiēdo M faecundior MP || 11 [SEMPER] om. MP || thmolus M || 12 thura MP || sabeī M || 13 Elyadum P || Epyros M || 14 Thmolus M || est om. V || 15 praecipue P || 16 Sycioniam P || baccham M || 17 Sycione P || nascatur Keilius nascantur codd. et E Fortasse: Sicyoniam baccam, non quod nascantur Sicyone tantum olivā aut Pelusii lens. || Pelusii ME Pelusio VP || 18 Africa M || 19 sabeī M || 21 ibi | ubi M || queritur P || 22 et om. V || febrī M || 23 etiam | et M || 24 nascat V nascatur P || 25 Elyadum P || Epyros MP || 26 Epyrum MP || solam eas editores solum eas VPE eas solum M || 27 Idymaeas P idimeas M || queri P || quare | q̄r M || 29 in om. M || libro . 3 . MP || 30 premia P || 31 pascis V || 32 praecipue P.



60—63. CONTINVO HAS LEGES AETERNAQVE FOEDERA CERTIS  
 IMPOSVIT NATVRA LOCIS, QVO TEMPORE PRIMVM DEVCALION VACVVM  
 LAPIDES IACTAVIT IN ORBEM, VNDE HOMINES NATI, DVRVM GENVS.  
 Deucaliona putant Promethei filium fuisse et habuisse in matri-  
 5 monio sororem patrualem Pyrrham, Epimethei filiam, iis temporibus,  
 quibus ira Iovis inundata Graecia cataclysmo perdidit humanum  
 genus. Qui cum perlati essent in montem Parnasum, cuius tantum  
 duo vertices eminebant, et ibi esset oraculum Themidos, intra-  
 verunt adorantes, quemadmodum possent restitui homines. Quibus  
 10 responsum est, iactanda esse iis ossa parentis magnae post terga  
 discinctis capitibusque velatis. Interpretati autem cum essent terram  
 parentem, ossa eius lapides iecerunt post se, ex quibus hominum  
 genus renatum est: cuius etiam Ovidius meminit, cum ait:

Unde genus durum sumus experiensque laborum

15 Et documenta damus, qua simus origine nati.

67 s. AT SI NON FVERIT TELLVS FOECVND A, SVB IPSVM ARCTVRVM  
 TENVI SAT ERIT SVSPENDERE SVLCO. Arcturus est stella in cauda  
 maioris ursae, quam Graeci Helicen vocant, quae Latine Septentrio  
 vocatur, dicta a cauda et ursae: ἄρκτος enim Graece ursa dicitur,  
 20 cauda οὐρά, cuius ortu hiems incipit.

70. HIC STERILEM EXIGVVS NE DESERAT HVMOR HARENAM.  
 Aspirant harenam, quia haereat, cui etymo h adiunctum est, quod  
 etiam haurit, hoc est in se receptum humorem trahit. Huius hanc  
 esse naturam Vergilius testatur dicens <G. I, 114>: Collectum  
 25 humorem bibula deducit harena. 'Bibula' enim, quia bibit,  
 dicitur.

73—76. AVT IBI FLAVA SERES MVTATO SIDERE FARRA, VNDE  
 PRIVS LAETVM SILIQVA QVASSANTE LEGVMEN AVT TENVIS FOETVS  
 VICIAE TRISTISQVE LVPINI SVSTVLERIS FRAGILIS CALAMOS SILVAM-  
 30 QVE SONANTEM. Putant, non minus esse utilem ad sationem farris

1 aeternaque fœdera P || 2 locis om. P || 5 Pyrram M || Epymethei F. P  
 iis] his M || 6 inundata E inundata est MP inundatam est V || Graecia E  
 Graeciam (Greciam P) codd. || cataclysmo M || 7 Parnassum MP || 8 Themidos P  
 Themidis M || 10 iis] his M || 11 distinctis MP || Interpretanti V || 12 ossa eius  
 om. M || 13 genus om. M || 14 sumus durum P || 15 sumus M || nati om. M  
 16 faecunda MP || Arcturum P || 17 Arcturus P || 18 Greci P || Helicē M ||  
 Septentrion V || 19 arctos M Arcthos P || enim om. V || Grece P || 20 ura MP  
 hyems P hyemps M || 21 exiguis M || 22 Haspirant P aspirat V || haereat E  
 hareat V areat MP || etymo h] et ymon (sic) P ethimon M ἔρυμον E Keilius  
 ἄρκτος in marg. Hymon V || 24 Vergilius om. V || 25 enim] etiam V || quia]  
 quod VE || 27 AVT] At M || seres E Ceres (Ceres P) codd. || 28 letum MP  
 quassant V || fetus P || 29 tristisque V || substuleris MP || fragilis post sonantem  
 (hontanem M) codd. || 29 s. syluamque P.

13 Ovidius] Met. I, 414 s.

agrum, ex quo alius fructus sublatus sit, quam eum, qui vicibus cessat.

78. VRVNT LETHAEO PERFVSA PAPAVERA SOMNO. 'Lethaeum' somnum dicit eo, quod excutiat memoriam sopitis. *Λήθη* est enim obliuio. Papaver autem, quod in segete nascitur, facit somnum. 5

102 s. NVLLO TANTVM SE MYSIA CVLTV IACTET ET IPSA SVAS MIRENTVR GARGARA MESSES. MYSIA natio est coniuncta barbaris, contingens Adriaticum sinum. Sed est et altera huius nominis terra, iuncta Troadi, aliquando subiecta regi Telepho et ante Teuthranti. GARGARA cacumen appellatur Idae Phrygiae. 10

120. STRYMONIAEQVE GRVES. Dictae sunt a Strymone, Thraciae flumine, ubi maxime per aestum morantur.

124. NEC TORPERE GRAVI PASSVS SVA REGNA VETERNO. 'Veternum' gravem somnum volunt intellegi et spectantem ad interitum, quem medici 'lethargum' vocant. 15

138. PLEIADAS, HYADAS CLARAMQVE LYCAONIS ARCTON. 'Pleiades' Vergiliae dicuntur, ut quibusdam liquet, quia sint Atlantis et Pleiones filiae, vel *ἀπό τοῦ πλεῖν* dictae idcirco, quod earum ortu prima sit tuta navigatio. Quarum mentionem facit Ovidius in Phaenomenis, dicens de Perseo: 20

Pleiades ante genus septem radiare feruntur,  
Sed tamen apparet sub opaca septima nube.

'Hyades' existimantur esse in cornibus tauri et in ore, quas imperiti 'suculas' appellant, arbitrantes a suibus Hyadas dictas, sed errant. Dictae sunt enim *ἀπό τοῦ ὕειν*, idest a spargendo (pluviam). Est enim pluvium sidus, hoc est non temere oritur, ut non imbres sequantur. — 'Lycaonis Arcton' dicit Septentrionem et vulgarem sequitur historiam. Iuppiter enim Callisto, Lycaonis filiam, creditur mutatus in Dianam compressisse; quae gravida mutata in ursam

3 letheo *M* Letho *P* || Lethum *P* || 4 Lethe *MP* || 6 Misis *M* || 8 et altera *MP* altera *V* et *E* || 9 thelepho *MP* || 9 s. theutranti *M* Theuthranti *P* || 10 Idiae *V* || Phrigiae *V* || 11 strimone *M* || Tracie *P* || 12 flum: *M* Fl. *P* || maxime *MPE* mare *V* *conpendio* maie male *intellecto* || 14 intelligi *MP* || et spectantem] spectantem *VMP* || 16 Pleyadas *M* || arthon *P* || 16 s. Pleyades, *corr. m. I P* Pleides *M* || 17 sunt *V* || Athlantis *M* || 18 vel *om. M* || *ἀπό τοῦ πλεῖν om. M cum lacuna* || 20 in *om. V* || Phaenomenis *E* pae nominis *VP* pace nominis *M* || 21 Pliades *P* || ante] autem *V* || 22 apparent *VP* nube : *P* || Pliades — feruntur. Sex . . . sed tamen *etc. Duebnerus conl. Arat. 255* || 23 Hiades *M* || et] aut *Duebnerus* || 24 succulas *MP* || erant *M* || 25 Ductae *V* || *ἀπό τοῦ ὕειν om. M cum lac. a ποτου υην P* || *Fortasse* a spargendo aquam *Keilius* (pluviam) *addidi* || 26 non *om. V* || hymbres *M* || 27 Lychaonis *M* || arcthon *P* || 28 hystoriam *M* || Calisto *P* || filiam] filio *M*.

19 s. Ovidius in Phaenomenis] *Cf. Ovid. ed. Riese III p. 294 nr. V.*

ira Iunonis peperit puerum Arcada, quem Iuppiter, ne venans matrem feriret, mutatum in eandem formam cum ea inter sidera retulit. Sunt autem ibi duae ursae, maior et minor; maior Helice vocatur, minor Cynosura.

5 148. CVM IAM GLANDES ATQVE ARBVTA SACRAE DEFICERENT SILVAE ET VICTVM DODONA NEGARET. Arbuta sunt arbusculae, quae in silvis frequenter nascuntur, quas plerique unedones vocant. — Dodona locum continentem \* quercus, quae continetur, erat dicta. Est autem templum Dodonaei Iovis in Chaonia, parte Epiri,  
10 quae hoc nomine appellatur.

163. TARDAQVE ELEVSINAE MATRIS VOLVENTIA PLAVSTRA. Imperiti ea plostra appellant. Sunt autem vehicula, quorum rotae non sunt radiatae, sed tympana cohaerentia axi et iuncta cantho ferreo: axis autem cum rota volvitur, non rotae circa eiusdem cardinem.  
15 Adhibetur hoc vehiculum in sacris Cereris arcanae, quae Eleusine appellatur ab oppido Atticae Eleusine, et id ducunt boves. — Est praeterea olivae viridis \* Siliqua folliculus, in quo faba nascitur.

201. LEMBUS, genus navigii.

20 205. HAEDORVMQVE DIES. Adrastea capella, quae educavit Iovem cum haedis, ob hoc beneficium in sideribus sacrata est, quorum ortum pluviae sequuntur.

205. ET LVCIDVS ANGVIS. Draco existimatur Ladon Hesperidum pomarii custos, relatus inter sidera intersecare duo Septentriones,  
25 quae omnia genera stellarum tempestatem significabant. Ergo tam agrestibus observanda esse caelestia signa, quam navigantibus, quia utrisque noceat tempestas. 'Ostriferum' autem dicit Abydum, quod ibi ostrea generantur copiosissima.

208. LIBRA DIEI SOMNIQVE PARES VBI FECERIT HORAS. Aequi-

1 Archada *M* Arca *V* || 2 sydera *P* || 3 rettulit *P* || 5 sacrae — 6 negaret *om. V* || 6 syluq̄ *P* || 7 syluis *P* || quae *V* || onedonas *V* || 8 continentem] *lacunam notavit Keilius* || quae] c̄q̄ *M* || erat] *Litteras duas medias in M haud dilucide scriptas testatur Thilo. Fortasse: Dodona per locum continentem quercus, quae continetur ut foet dicta, i. e. continens pro eo quod continetur* || 9 Dodonei *MP* Epyri *MP* || 11 Tardaeque *M* Tardeque *P* || 12 ea] et *V* || 13 radiata *P* || coherentia *P* || cantho *E* cantu *VMP* || 14 autem] aut *V* || 15 Eleusine *P* || 16 Ladon] appellabatur *VE Keilius* || Eleusine *P* || 17 Est] et *V* || preterea *P* || *Lacunam post viridis statui* || Siliqua — nascitur] *Huic ad r. G I, 195: Grandior ut foetus siliquis fallacibus esset pertinere videntur. Est praeterea olivae viridis siliqua et folliculus, in quo faba nascitur Keilius* || in quo] in qua *M* || 20 Hedorumque *MP* || 21 hedis *M* bedis, *corr. hedis P* || syderibus *P* || 23 Ladon *E Keilius* Larum *VMP* || puellarum *E* || 24 sydera *P* || intersecare *editores interficere codd. interfecere E intercidere Keilius An potius interstingere legendum?* || 25 omnia *om. V* || 27 autem *om. V* || Abydum *MP* 29 s. Equinoctium *P*.

noctium autumnale descripsit. Somno enim noctem significat. VERNUM AEQUINOCTIUM FIT IN ARIETE, AUTUMNALE IN LIBRA.

212. CEREALE PAPAVER AIT, quia in segete nascitur.

217 s. CANDIDVS AVRATIS APERIT CVM CORNIBVS ANNUM TAURVS ET AVERSO CEDENS CANIS OCCIDIT ASTRO. Icarus, pastoris Attici, 5 canis, qui servaverat corpus occisi, et filia Erigone, quae se suspendio necaverat ob interitum patris, relati sunt in sidera. Pecoribus autem canis sidus ideo inimicum est, quod poetae ferunt a pastoribus Icarum occisum. Occidit autem canis oriente Tauro, qui existimatur ideo sacratus inter caelestia, quod insidias parantem 10 Iovem Europae celaverit. Tempus autem definitur extremi Aprilis mensis usque in Kalendas Maias. Hoc idoneum fabae sationi putant.

221—223. ANTE TIBI EOAE ATLANTIDES ABSCONDANTVR, CNO-SIAQVE ARDENTIS DECEDAT STELLA CORONAE, DEBITA QVAM SVLCIS COMMITTAS SEMINA. Si in hoc exercebitur terra, ut triticum acci- 15 piat, prius, inquit, occidant Vergiliae et corona Ariadnes, quam sementem facias. Matutini exortus Eoa significat. Eos enim praecedit Auroram. Atlantis autem filiae sunt Vergiliae: idcirco Atlantides vocantur. Ariadnes autem coronae talis historia traditur. Adamatus Theseus ab Ariadne cum eius ope interfecto Minotauro 20 labyrinthi evasisset errorem, et eam raptam in insula Dia dormientem reliquisset, Liber eam adamavit, et eius capiti coronam detractam misit in caelum, quae sidus facta est, quod est post Erigonen. Ipsam autem Ariadnen matrimonio sibi iunctam Liberam appellavit immortalitate donatam. 'Cnosia' autem dicit ab oppido 25 Cnoso Cretae.

225 s. MVLTi ANTE OCCASVM MAIAE COEPERE, SED ILLOS EXPECTATA SEGES VANIS ELVSIT AVENIS. Multi, inquit, ante occasum Vergiliarum sementem fecerunt, sed inanem messem sustulerunt. Maia autem una est ex Vergiliis. 30

227—229. SI VERO VICIAMQVE SERES VILEMQUE FASELVM, NEC PELVSIACAE CVRAM ASPERNABERE LENTIS, HAVD OBSCVRA CADENS

1 autumnale *M* || 3 in *om.* *VMP* || 4 aurum annum, aurum *del. m. I P* || 5 eucrao *M* || credens *M* || Icarii *P* || 6 filia *Keilius* filiae *codd.* filii *E* || Erigones *V* || 7 negauerat *M* || sydera *P* || 8 sidus *P* || inimicum sidus est *M* poete *P* || 9 occisus, *corr. m. I* occisum *P* || 10 inter signa caelestia *Keilius*: si quid supplendum, malim sidera propter praecedentis verbi inter similitudinem || 11 celauerit, *corr.* celaverit *m. I P* || 12 usque in] *nr. V* || Ktas *P* || 13 eoq̄ *P* || Atlantides *M* || 13 s. Gnosiaque *M* || 17 Fortasse Eoae significat matutini exortus *coni. Keilius* || 17 s. praecedit *P* || 18 Athlantis *M* || 18 s. Athlantides *M* || 19 corona *P* || hystoria *M* || 21 insulam, *corr.* insula *M* || 23 que *P* || sidus *P* || quod est post *om. P* || 24 Erigonē *P* || Ariadnam *P* || 25 immortalitate *M* immortalitate *VPE* || Gnosia *M* || autem] aut *V* || 26 Gnosio *M* || 27 cepere *P* || 27 s. Expectata, *corr.* Exsp- *m. I P* || 28 VANIS] ualis *P* || 29 substulerunt *M*.

MITTET TIBI SIGNA BOOTES. Ciceris est genus, quod faselum vocant. Vicia est aequae leguminis genus lentis magnitudine. 'Pelusiacam lentem' dicit a Pelusio, oppido Aegypti, a quo fluminis Nili ostium Pelusiacum dicitur. Optima autem lens in Aegypto nascitur. Bootes  
 5 est stella in arctophylacis, ut plerique putant, baltheo, ut alii iudicant, in humero, dicta a bubus. Nam Septentriones, quos Graeci duas ursas vocant, Helicen et Cynosuram, in barbarica sphaera plaustrum esse, quod ducatur a bubus iunctis. Cuius rei testis est Gaetulicus, cum ait de Britannis:

10 Non aries illum verno ferit aere cornu,  
 Cnosia nec geminos praecidunt cornua tauri,  
 Sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes.

233—239. QVINQVE TENENT CAELVM ZONAE, QVARVM VNA  
 CORVSCO SEMPER SOLE RVBENS ET TORRIDA SEMPER AB IGNI,  
 15 QVAM CIRCVM EXTREMAE DEXTRA LAEVAQVE TRAHVNTVR CAERVLEA  
 GLACIE CONCRETAE ATQVE IMBIBVVS ATRIS. HAS INTER MEDIAM-  
 QVE DVAE MORTALIBVVS AGRIS MVNERE CONCESSAE DIVVM ET VIA  
 SECTA PER AMBAS, OBLIQVVS QVA SE SIGNORVM VERTERET ORDO.  
 Mundi caloris et luminis sol causa est: eius autem talis est cursus,  
 20 ut neque citra solstitialem circulum ad nos accedat, nec ultra  
 brumalem recedat. Radii autem eius ubi deficiunt, ibi necesse est  
 esse frigus cum tenebris: deficiunt autem eius radii bruma ad  
 Septentrionaalem circulum; ibi autem frigus est cum obscuritate.  
 Sol autem quia inter brumalem et solstitialem circulum conficit  
 25 annum cursum, totam hanc mediam regionem urit, quae Latine  
 plaga vocatur adusta. Ex ea, quae Septentrionalis est, ubi deficiunt  
 solis radii, quia ob hoc frigida est et obscura, frigus in proximam  
 regionem pervenit et miscetur calori, qui ex adusta regione in  
 eandem sedem fertur: inde efficitur temperata regio, in qua sumus,  
 30 quae est habitabilis. Alterae duae inhabitabiles, sed physica ratione

2 eque *P* || genus *om.* *M* || 3 egypti *MP* || fluminis] Flu. *P* || hostium *M*  
 4 dicitur] dictum *M* || egypto *MP* || 5 arctophilacis *M* arctophilacis *P* || putant  
*om.* *V* || baltheo *M* || 5 s. indicant *V* || 6 Greci *P* || 7 sphaera *M* sphaera, *corr.*  
*m.* *I P* || 9 est *om.* *P* || getulicus *M* || 10 ferit *Keilius* ferat *codd.* et *E*  
 11 (cnosia *M* || praecidunt *P* || tauri *Keilius* tantum *codd.* et *E* taurum editores ||  
 13 celum *P* || 15 leuaque *MP* || cerulea *MP* || 16 hymbribus *M* || 17 concessae *P*  
 et *om.* *P* || 20 nec *V* || accedat *MPE* accedit *V* || 21 recedat] accedat, *corr.*  
 recedat *m.* *I P* praecedat (precedat *V*) *VM* || radiis *VM* || 22 ad *om.* *V*  
 23 septentrionem *codd.* || ibi autem *bis scriptum in M* ibi ergo editores praeter  
*Keilium* || est est cum *V* || 25 hanc] hac *V* || 27 quia *P Keilius* et quia *VME*,  
 fortasse recte || et *om.* *V* || 29 eadem *V* || inde] et *E Keilius* ei *codd.* || 30 physica *M.*

9 Gaetulicus] Cf. *Teuffel. hist. litt. Rom. ed. II § 286, 1.*

nobis sunt incognitae. Prohibemur enim transire adustae regionis calorem. Sed quia in meridie brumam animadvertimus, ultra solem magnum spatium caeli vacare scimus et in contrariam nobis partem eius radios ferri et quemadmodum hic, ita illic deficere, ubi defecerunt esse frigus cum tenebris et inde aliquam partem ferri in proximum locum et ex adusta regione, quae finitur brumali solstitiali circulo, in eundem pervenire vaporem, et utroque mixto perinde temperatam efficere regionem mediam frigidae et adustae. Quinque ergo sunt zonae in regione caeli (et) terrae, duae extremae frigidae, Septentrionalis et Austrina, una adusta, duae temperatae inter frigidam et adustam, cingentes eam et intercidentes frigidis, quarum altera antioecumene vocatur. — ‘Via autem secta per ambas’ dicit signiferum circulum, qui a brumali obliquus ad solsticialem venit, ita ut brumalem tangat capricorno, solsticialem cancro, aequinoctialem libra et ariete. — ‘Obliquus qua se signorum verteret ordo’ idcirco dixit, quia hic ipse circulus duodecim signa caelestia voluit. Clima nostrum, hoc est in climate zonae nostrae, sic se habet, ut simus ad Septentrionem ab ea parte, qua Scythia est et Rhipaei montes, cui contraria inclinatio est ad Africam. Ergo hoc sentit, cum ait <G. I, 247—251>:

Illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox  
Semper et obtenta densantur nocte tenebrae,  
Aut reddit nobis Aurora diemque reducit,  
Nosque ubi primus equis oriens adflavit anhelans,  
Illic sera rubens ostendit lumina vesper.

Ait enim aut aeternam esse noctem in austrina frigida regione, quia ibi deficient solis radii, aut in antioecumene, cum occidat nobis sol, incipere ortum, aut, cum oriatur, ibi occasum esse.

244—246. MAXIMVS HIC FLEXV SINVOVO ELABITVR ANGVIS  
CIRCVM PERQVE DVAS IN MOREM FLVMINIS ARCTOS, ARCTOS OCEANI  
METVENTES AEQVORE TINGVI. Quidam draconem, cuius sidus inter  
duas ursas, hoc est duos Septentriones, existimant esse Ladona,  
qui custodierit Hesperidum mala: quidam consecratum a Minerva

2 quia in] in *om* *MP* || 6 ex adusta *E* exhausta *codd.* || 6 s. solstitiali *M* || 8 perin temperatam *V* per inde temperatam *P* per interperatam *M* || 9 in *om.* *MP* || caeli et terrae *editores* (et) *om.* *codd.* et *E* || duae *om.* *V* || 10 austrina, *corr.* -a *m.* *I* *P* || 11 intercidentes] intercingentes *M* || 12 antioecumene *M* Antioecumena, *in marg.* Antioecumene *V* || 13 qui a] quia *MP* || solsticialem *M* || 14 ita *om.* *V* || capricornum *MP* || 14 s. equinoctialem *M* || 15 obliquus *M* || uerterit *P* uertitur *VM* || 16 XII *MP* || 19 Rhiphei *P* rhiphei *M* || inclinatio est] incli *P*, *sed in paginae lineae ultimae fine* || Africam *M* || 22 optenta *P* || 24 equis *E* equus *codd.* || afflauit *MP* || 26 Ait] Aut *V* || 27 aut in antioecumene *om.* *V* || occidit *V* || 28 sol nobis *M* || oriantur *V* || 30 arctos *P* || Arctos *P* Arcto *V* || 31 sydus *P* || 32 existimat *V* || Ladona *E* Ladna *codd.*

tradunt, (a) quo sit educatus Erichthonius. Arctos autem sunt duo Septentriones, quos 'metuere' ait 'aequore tingui', quod nec occidant nec orientur. Autumant quidam ex oceano oriri sidera et in oceanum occidere, quia ibi visus noster deficiat, et ubi defecerit, orizon fiat.

In alio sic: 233. QVINQVE TENENT CAELVM ZONAE. In quinque zonas mundum esse divisum accipimus, quas secundum clima nostri orbis sic deformabimus, ut laevam manum contra ora nostra ponamus atque, ubi est pollex, ibi sit zona, quae appellatur Graece 10 ἀρκτική, quod in se habet arctos, id est ursas, eadem Latine Septentrionalis cognominatur, quod in ea parte caeli posita sit, quae vento Septentrionali adflatur, eaque pars semper supra vertitur, hoc est numquam in oceanum demergitur, quod etiam Homerus significavit, cum ait:

15 Ἄρκτον, τὴν καὶ ἑμαξάν ἐπέκλησιν καλέουσιν,  
 "Ἢτ' αὐτοῦ στρέφεται καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει,  
 Οἷη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῦ,

et Vergilius <G. I, 246>: Arctos oceani metuentes aequore tingui. Nam haec zona inhabitabilis est propter nimios rigores. Pollici proximus digitus observabitur in vicem zonae, quae Graece 20 appellatur θερινή, a nobis aestivalis, quod scilicet sol, cum in eandem zonam declinavit, longiores dies efficit. Ibi enim solstitium facit aestivum, idest VIII. Kal. Iul. Haec zona habitabilis propter temperiem et multi solis et illius vicinitate zonae, quam Septentrionalem nuncupavimus. Medius autem digitus significabit zonam, quae Graece dicitur ἰσημερινή, Latine aequinoctialis. Sed et sol in hanc zonam bis anno venit et totiens libram facit diei et noctis, idest VIII. Kal. April. et VIII. Kal. Octobr. Haec zona inhabitabilis. Nam propter nimios ardores loca subiecta habet exusta. Quartus 30 deinde digitus significabit zonam, quae appellatur χειμερινή, a nobis

1 (a) addidit Keilius, om. codd. et E, fortasse recte || Ericthonius P Erichthonius M || Arctos P Arctos M || 3 sydera P || 8 leuam MP || 9 Graece P || 10 ἀρκτική om. M cum lacuna || quod] quae V || habeat M || arctos P || 11 cognominantur V || 12 septentrionali Keilius septentrione codd. et E afflatur MP || 13 nunquam P || 14 ait arcton VP Graecis in lacuna (quattuor linearum in P) omissis || 15 ἑμαξάν M || 17 οἷη] οὐκ M || ἄμμορος M ὠκεανοῦ M || 18 Arctos P || 19 haec] et codd. et E ea Keilius || 20 observabis M || 21 θερινή a nobis E θερμαῖος a nobis, del. a V therinea a nobis MP || 22 eadem V || efficit V || 23 fecit V || VIII] octavo P || Kal.] Kias M Kias P Iulii MP || 25 nuncupamus M || significat M || 26 Graece P || ἰσημερινή om. M ἰσημερινή V εἰσημερι·ρην P || equinoctialis M || 27 ac noctis P || 28 Kias aprilis MP || Kias octobris MP || 30 significat M significabat VP || χειμερινή V chimerine MP.

13 Homerus] Il. XVIII, 487—489; Od. V 273—275.

hiemalis, quod scilicet, cum illam sol transcendit, hiemem facit et breviores dies agit. Nam ibi solstitium efficit, quod est VIII. Kal. Ianuar. Hanc quoque zonam inhabitari credibile est, quoniam et ipsa pari temperatura inter noton et meridiem posita est, quemadmodum, cuius supra fecimus mentionem, aestivalis inter aequinoctialem et Septentrionalem: et in hac zona si qui habitant, appellantur a nobis *ἀντίχθονες ὡς τὴν ἐναντίαν χθόνα οἰκοῦντες*. Digitus minimus habet quintam zonam appellatam *νότιον*, quoniam ex illa parte cum adflat ventus, humidum facit aerem. Nam et humorem colligens corpus *νοτίς* dicitur. Haec plaga Latine Australis appellatur, depressior, quam ut a nobis videri possit, et ideo infra horizontem descendit. Orizon autem est, qui definit sphaeram superiorem, qui et diem a nocte disternit. Haec quoque praesumenda inhabitabilis, propter rigores, quos patiat necesse est, quoniam longe ab sole segregatur. Circulus autem zodiacus, qui *λοξός* appellatur, per tres zonas medias fertur, per quem sol currit. Sic ergo, quoniam ad ultimas non perveniat, frigidas relinquit, mediam zonam, quoniam saepe onerat, igneam facit. Huius zonae mentionem facit Vergilius in septimo, cum vellet ex verbis Ilionei Latino confirmare, neminem esse in orbe toto, qui ignoraret, quanto bello Asia et Europa confluxissent, quandoquidem scire possent, etiam qui ultra oceanum extimum agitent, quique divisi plaga aequinoctiali zonam illam, quam *χειμερινήν* diximus, incolerent, quam verisimile ab aliquibus inhabitari. Sunt autem, qui hoc declarant, versus eiusmodi <A. VII, 222—227>:

Quanta per Idaeos saevis effusa Mycenis  
 Tempestas ierit campos, quibus actus uterque  
 Europae atque Asiae fatis concurrerit orbis,  
 Audiit, et si quem tellus extrema refuso  
 Summovet oceano, et si quem extenta plagarum  
 Quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui.

1 hyemalis *P* || illa *V* || transcendit *P* || hyemem *P* || 2 octavo *Kat* (*Klas P*)  
 Ianuarias *MP* || 4 nothon *M* || 5 cuius *Keilius* eius *codd. et E* || 6 habitant *M*  
 inhabitant *VPE Keilius* || 7 antithones *M* antichthones *P* || ὡς — οἰκοῦντες *ex E Keilius dedit; lacuna (unius lineae in P) in codd.* || 8 notion *E νετιον V netion*  
*MP* || 9 afflat *MP* || et *m. I suprascr. P* || 10 *νοτίς Keilius* notia *MPE* notitia *V* ||  
 11 a nobis *E* nobis *codd., fortasse recte* || 12 autem] aut *P* || quod definit  
*sphaeram M* || sphaeram *P* || 13 praesumenda *M* || 15 ab] a *M* || *loxas M* *loaos,*  
*corr. loxos m. I P* || 16 per *om. V* || tris *V* || 17 pervenit *Keilius* || 18 onerat]  
*Fort. leg. ineat vel intret* || 19 in VII *MP* || 21 sciret, *corr. scire M* || 22 agitent]  
 habitarent *M* || diuersi *MP* || plaga] plagae *VP* || 22 s. equitiali, *corr. m. I P* ||  
 23 *χειμερινήν om. MP (P cum lac.)* || diximus *om. P cum lac.* || quam *om. V* ||  
 24 hos *M* || 26 Quinto per Idieo *V* || 27 ierit] urit *V* || 29 refusi *V* ||  
 31 quattuor *MP*.



Hanc tamen universam disputationem certum est Vergilium transtulisse ab Eratosthene, cuius liber est hexametris versibus scriptus, qui Hermes inscribitur: cuius disputationis tale principium est:

*Πέντε δέ οἱ ζῶναι περιαρῆες ἐσπείρηντο,*

5

*Αἰ δύο μὲν γλαυκοῦο κτανότεραι κτανόιοι,*

et cetera ex ipso libro requirenda. Nam quidam orbem terrarum descripserunt in formam litterae Θ et in lineamentis, quae per circuitum ambiunt litteram, formam referunt oceani, quem recte *ζωστήρα τοῦ κόσμου* dixerunt, et Cyrillus, cum ait: Ὠκεανός, ᾧ πᾶσα  
10 *περίρρητος ἐνδέδεται χθών.* In media autem parte linea, quae deducitur, Atlanticum oceanum fertur transmittere, quod mare traditur subiectum plagae aequinoctiali, et sic divisas esse duas partes orbis, quarum nos habitemus eam, quae sit ab Oriente dexterior, atque esse verisimile, ut adversam pari tractu solidam gens alia hominum  
15 inhabitet. Si tamen velimus omnem diligentiam in examinandis Homeri carminibus adhibere, fortassis ibi quoque descriptionis huius ordinem possimus invenire. Clipeus enim Achillis quinque orbibus intextus fuit, quorum sic meminit:

*Αἰ δ' ἄρ' ἔτι τρεῖς*

20

*Ἦσαν, ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε Κυλλοποδίων,*

*Τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἐνδοθι κασσιτεροιο,*

*Τὴν δὲ μίαν χρυσέην· τῇ δ' ἔσχετο χάλκεον ἔγχος.*

Nam examinemus colorem metallorum et conditionem zonarum, et poterimus recte comparare, ut cassiteris, idest plumbi albi, zonas  
25 dixerit Septentrionalem et Australem, ut scilicet frigidas et cana nive oppletas, aereas autem, quae refulgent, habentes temperaturam candoris et rutili coloris, dixerit aestivalem et hiemalem, auream autem sine dubio igneam: nam est sic dictum <A. II, 488>: Ferit aurea sidera clamor, et a Pindaro: ὁ δὲ χρυσοῦς αἰθόμενον πῦρ.

2 Eratosthene *P* || exametris *MP* || 4 s. *Graeca Keilius ex E dedit; lacuna (duarum linearum in M, duarum et sem. in P) in codd.* || 4 ἐσπείρηντο *Scholl. Venet. II. Σ 473 πείρηθη E* || 5 κτανόιοι *om. E* || 6 cetera *P* || 7 litterae Θ *M* liniamentis *M* || quae — 8 referunt *om. V* || 9 ζωστήρα τοῦ κόσμου *M* *Zostera tu cosmu P* || et] etiam *V* fortasse ut *Keilius* || 9 s. *Graeca ex E dedit Keilius; lacuna (unius lineae in P) in codd.* || 10 ἐνδέδεται χθών] ἐνδέεται αἰθῶν *E* || 11 fertum, *corr.* fertur *m. I P* || 12 subiectum esse plagae *M* || partis *V* || 14 adversam *Keilius* aduerso suam *codd.* aduerso in tam *E* || 15 tamen] tum *V* || 16 descriptionis ei huius *V* || 17 possumus *V* || clypeus *M* clipeos *P* || enim] uero *V* || 19—22 *Graeca ex E Keilius dedit, lacuna (duarum linearum in P, trium in M) in codd.* || 24 recte *ME* nocte *VP* || comperare *M* || alibi *V* || 26 nive] mire *V* || 27 coloris] loco ἔρις *P* || hyemalem *MP* || 28 est *om. V* || 29 *Graeca ex E dedit Keilius; lacuna (unius lineae in P) in codd.*

2 ab Eratosthene] *Cf. Bernhardy Eratosth. p. 141* || 9 Cyrillus] *Cyrilli portae mentio fit in Anth. Graec. IX, 369* || 18 quorum sic meminit] *Hom. II. XX, 269—272* || 29 a Pindaro] *Ol. I, 1.*

Et Vulcanus ut ignis Deus virium suarum beneficium in illa zona involverit, ut aurum clipeo superponeret.

281. PELION ET OSSAN. Montes Thessaliae.

309. Baleares insulae continuant Hispaniam, ubi optimi funditores.

5

336 s. FRIGIDA SATVRNI SESE QVO STELLA RECEPET, QVOS IGNIS CAELO CYLLENIVS ERRET IN ORBIS. Omnibus stellis sol et lumen dat et calorem. Infra solem autem Veneris stella est, tribus hemitoniis seposita intercedentibus. Superior sole Martis stella est, quae *πυρόεις* appellatur, tono intercedente altior. Inde hemitonio superior est Iovis, quae appellatur *φαέθων*. Summa est Saturni, quae, quia propior est crystallo, hoc est caelo, in ea deficit calor solis. Rapit enim eum ad se *πυρόεις*, quae stella ardore suo horrorem a frigore Saturnio venientem in Iovem temperat. Cyllenius autem Mercurii stella est, quae duobus tonis infra Saturnum est et vocatur *στίλβων*. Ait ergo observandum esse agrestibus, ut vitare possint tempestates, occasus stellarum et in quo quaeque sit signo.

378. ET VETEREM IN LIMO RANAE CECINERE QVERELAM. In Lycia Latona aestu exhaustis uberibus educans Apollinem et Dianam infantes accessit ad Melam fontem, et cum vellet bibere, prohibuit eam Neocles pastor. Cum autem illa pertinacior esset, prohibuerunt aqua. Itaque Deae numine mutati sunt in ranas.

383 s. ATQVE ASIA CIRCVM DVLCIBVS IN STAGNIS RIMANTVR PRATA CAYSTRI. Asia producta prima littera dicitur, in qua quoddam pratum Asium iuxta Caystrum flumen appellatur.

399. DILECTAE THIETIDI ALCYONES. Varia est opinio harum

2 clypeo *MP* || 3 *ET OM. V* || Tessalie *P* || 4 Hispaniam *M* || 6 quo se se *M* || RECEPET QVOS *E* recepit (recepit *P*) et quos *codd.* || 7 CAELO] collo *M* || 9 <sup>h</sup>emithoniis *P* || intercedentibus *E* intercedentibus *codd.* || 10 pyrois *EM* Pyrrhos *P* Pyrrhos, *corr.* Pyeros *V* || intercedente *P* intercedente *V* || hemitonio *E* emitono *M* hemizonio *V* hemizonio *P* || 11 Phaeton (*φαeton*) *codd.* || 12 quae *om. V* || propior *P* || christallo *M* Cristallo, *corr. m. I P* || color, *om. solis V* 13 ad] ab *P* || pyrois *E* epyro *MP* epyro *V* || 14 Saturno *E* Saturni *Keilius* || Cyllenios *P* || 16 stillbon *EM* *στίλβων* *V* Stelbon *P* || 17 tempestates et occasus *VE Keilius* || ocasus *M* || 20 Licia *M* || 22 s. *Fortasse* perturbaverunt (perturbarunt *Duebnerus*) aquam *Keilius*. *Pomponius Sabinus sic explicat:* cum autem illa pertinacior instaret, ex concursu etiam aliorum pastorum prohibita est. || 23 sunt *om. V* || 24 Asia *P* || 25 Caistri *P* || producta] correpta *M* in quo correptae alias vocabuli 'Asia' litterae primae notio latere videtur, unde fortasse olim scriptum fuit: Asia correpta prima littera dicitur, in qua quoddam pratum Asium iuxta Caystrum flumen producta prima littera appellatur. || littera *M* 25 s. quodam, *corr. m. I P* || 26 Caistrum. Fl. *P.*

volucrum originis. Itaque in altera sequitur Ovidius Nicandrum, in altera Theodorum. Putatur enim Ceyx, Luciferi filius, cum Alcyone, Aeoli filia, mutatus in has volucres. Idem refert Alcyonen, Scironis filiam, latronis Attici, Polypemonis filii, cum pater ei praeciperet, ut quaereret maritum, arbitratam permissum sibi, ut concumberet, cum quibus vellet, ab irato patre deiectam in mare, mutatam in hanc volucrem. Idcirco autem dilectas Thetidi dicit has aves, quod per septem dies, quibus excludunt foetus, in mari tranquillitas est, ut tuta sit navigatio.

10 437. GLAVCO ET PANOPEAE ET INOO MELICERTAE. Panopeam hanc virginem unam nominat inter Nereidas. Glaucus autem Deus maris est: is autem piscator fuit et gustu cuiusdam herbae conversus est in numen. Inoum Melicertam ait Palaemona, quem quidam Portumnum interpretantur. Ipsa autem mater praecipitata  
15 cum eo in mare numen pelagi facta est et appellata Mater Matuta, Graece *Λευκοθέα*.

492. EMATHIAM ET LATOS HAEMI PINGVESCERE CAMPOS. Haemus mons dividit Thraciam a Macedonia, dictus a nomine regis Thracum Haemi, cuius soror vel uxor Rhodos fuisse traditur. Emathia dicitur  
20 Macedonia, ut plerisque auctoribus liquet, ab Emathione, fratre Memnonis, Aurorae et Tithoni filii.

Lib. II, 2. NVNC TE, BACCHE, CANAM. Bacchari est furere. Inde et Bacchae dicuntur, quae per furorem sacra Liberi Patris celebrant, et ipse Bacchus vocatur a furore, quem inquit cultoribus  
25 suis. Idem Lenaeus dicitur, torcularis nomine Graeco, quod *λήνον* appellant torculum.

8. Cothurni sunt calceamentorum genera venatorum, quibus

1 oul P || 2 Ceyx] caesa V cesa P m. I, sed del. et in margine m. II corr. Ceyx || 3 eoli MP || filia] .F. P || Alcyonē MP || 4 Scironis] Scyronis P sicionis M || filium M || polipemonis M Polymemnonis V, cf. Naekii opusc. II p. 191 || 4s. pater ei pater imperat, compendio ἢ male soluto V || preciperet P || 5 quereret P || 5s. concumberet V || 7 Thetydi M || 8 faetus MP || 11 unam E tm unam (t minus dilucide scripta) M in unum V in unam P Fortasse nominat, unam Keilius || 13 Melicertem M || autem ait VE || 14 Portunum P || interpretantur P || 16 greco VP || Leucothea MP || 17 Hemi MP, sic semper || 18 dictus] ditus M || regis om. V || 20 liquet in fine lineae in marg. pos. habet P || Emathone V || 21 tytoni M Tithonis V || filii] .F. P || Inter l. 21 et 22 duarum linearum spatium relictum in M || 22 Liber Secundus (rubro colore) P || Bache M bachari M || est om. V || 23 Bache, corr. m. I P || 25 leneus M || Greco P quod] sed M || Lenon P || lenō M || 27 coturni MP || calciamentorum codd. et E || venatorum] venatori apta E Fortasse venatoriorum Keilius.

1 Ovidius] Cf. Met. XI, 410–750 || Nicandrum] Cf. Nicandri *Ἐπιτρούμενα* ab Ath. III p. 82 A; VII p. 305 D laudata || 2 Theodorum] Cf. Scholl. Apoll. Rhod. IV, 264; Plut. parall. min. 22; Stob. floril. LXIV, 34.

crura etiam muniuntur; cuius calceamenti effigies est in simulacris Liberi et Dianae.

16. ATQVE HABITAE GRAHS ORACVLA QVERCVS. Existimant in Dodonaei Iovis oraculo quercum votalem fuisse, ex qua lignum Minerva in (Argo navi posuit, quod) Argonautis futura praediceret. 5

18. VT CERASIS VLMISQVE; ETIAM PARNASIA LAVRVS. Ex urbe Ceraso, quae est in Ponto, Lucullus, qui oppugnavit Mithridatem, transtulit arboris genus, quod fert cerasia poma: ipsam autem arborem, ut oppidi nomen, cerason vocavit, pomum cerasium. 'Parnasia laurus' dicitur, quia subiecta est Apollinis tutelae, cuius ora- 10 culum Delphicum Parnaso, monti Phocidis, subest.

37 s. IVVAT ISMARA BACCHO CONSERERE ATQVE OLEA MAGNUM VESTIRE TABVRNUM. Thracia vino fertilis est, cuius nationem quandam appellat Homerus. Aliter: oppidum est Ismarus, quod expugnavit Ulixes, cum a Troia discederet, et victor vinum accepit 15 a Marone, cuius pater Cupitus traditur, quod Cyclopi dedit. Eius autem tanta vis existimatur, ut unum metron vini viginti etiam metra sustineat aquae. Ergo quia tam efficax est natura in vino Thraciae, praecepit eam conserendam vitem. — Taburnus mons est Apuliae regionis, quae fertilis est oleae. 20

64. SOLIDO PAPHIAE DE ROBORE MYRTVS. Insula est Cypros tota Veneri sacrata, in qua est oppidum Paphos, a quo Paphiam myrtum appellat arbusculam, quae Veneris tutelae subiecta est.

66. HERCVLEAEQVE ARBOS VMBROSA CORONAE. Populus, quia Herculis tutelae existimatur subiecta: testatur in Aeneide Vergilius 25 dicens <A. VIII, 276 s.>:

Dixerat, Herculea bicolor cum populus umbra  
Velavitque comas foliisque inmissa pendit.

84. IDAEIS CYPARISSIS. Cyparissus dicitur cypressus: quidam dicunt a Cyparisso, qui in insula Chio cum haberet cervum man- 30

1 cui V Quoi, corr. cuius m. I P || calciamenti codd. et E || simulacris M 3 grahs codd. || 4 dodonei MP || 5 (Argo navi posuit quod) (ut Duebn.) addidit Keilius Duebnerum secutus || 6 Cerasis P || εριαμ] et V || parnasa V || 7 Cerasunte E || Mithrydatem M || 8 Cerasia P || 9 arborem ut om. MP || Cerasium P 9 s. cerasium Apollinis tutelae Parnasia Laurus dicitur subiecta eius cuius V || 11 Parnasso P || 13 tiburnum V || est] et codd. om. E || 15 Vlyxes P || descenderet V || 16 ad marone V || Cupitus] a Marone Euanthis filio Pomponius Sabinus Euantheus Broukhusius ad Tib. IV, 1, 56 capithus M || 17 tanta] tota P || 18 sustineat MP || nature, corr. -a m. I P || 19 praecipit VE || 20 Apuliae VE || 21 Solito M || 23 Veneri V || 24 corona codd. || 25 existimetur VP || 28 inmissa] inissa P || 29 Idaeis M || Cyparissum MP || dicit E || Cypressum codd. || 30 dicunt Cyparisso P || qui in om. M || in om. P || Chia P.

suetum, quem unice diligebat, et errantem in silvis ignarus iaculo traiecisset, inedia se necavit. Quem quia nec consilio a morte nec viribus medicinae Apollo, qui eum immoderate diligebat, revocare poterat, convertit in cypressum, arborem luctuosam. Quidam putant, ut Asclepiades ait, Boream fuisse Celtarum regem, qui filiam Cyparissam amiserit, et novum arboris huius genus primum in tumulo eius severit ob eamque causam esse luctuosam cypressum. 'Idaeas' autem 'cyparissos' ideo, quod copiosae sunt in nemore Matris Magnae.

10 86. ORCHADES ET RADII ET AMARA PAUSIA BACCA. Orchades a magnitudine appellatae, quod similes sint testiculis, qui Graece ὄρχεις dicuntur. Pausia oleae genus est acerbae, quam possiam vocant.

87. POMAQVE ET ALCINOI SILVAE. 'Alcinoi silvas' dicit, quia 15 refert Homerus eum habuisse pomarium incredibili superbia. Fuit autem rex Phaeacum, qui sunt in insula Coreyra, et habuit ex Arete, fratris sui filia Rhexenoris, Nausicaam filiam, quae Ulixi inopi in litore opem tulit et intraturo patris domum vestitum dedit.

89. NON EADEM ARBORIBVS PENDET VINDEMIAM NOSTRIS, QVAM 20 METHYMNAEO CARPIT DE PALMITE LESBOS. Lesbos est insula Asiae in sinu Aegaeo conspicua Troadi et Thraciae, a Lesbo, filia Macaris, appellata, in qua est oppidum, quod appellatur Methymna, ex quo fuit Arion citharoedus. 'Palmitem' significat vitem.

91. SVNT THASIAE VITES, SVNT ET MAREOTIDES ALBAE. A Thaso 25 dicit insula pomum 'Thasias'. 'Mareotidas' Aegyptiacas intellegimus a palude Mareotide, quae est in Aegypto.

93. PSITHIA genus vitis et 'lageos' et 'pretiae' et 'purpureae'.

1 syluis *MP* || 2 a morte *om. M* || 3 immoderate *VPE* || 4 cupressum *M* 5 ut] aut *V* || Celtorum, *corr. -arum m. I P* || 6 amiserit] amiserat *VPE Keilius* || 7 cupressum *MP* || 8 Ideas *MP* || ideo dicit quod *E Keilius* ideo quod quod *V* sunt] sint *MP*, *haud scio an recte* || nemore, *corr. -re m. I P* || 9 Magnae matris *V* || 10 radii *E* radiis *codd.* || baccha *MP* || 11 a *om. V* || sunt *V* || Grece *P* *om. V* || 12 ὄρχεις *E* ὄρχοι *V* orchis (orbis *M*) *MP* || 14 Alcyoni, *bis VM* sylvae *MP* || Alcynoi sylvas *P* || 15 credibili *V* || 16 Phaeacum *MP* || 17 Rhexenoris *MP* || Nausicam *VP* Nausicam *M* || Vlyxi *P* || 18 littore *M* || et intraturo *Keilius* et iuro *E* intraturo, *om. et codd.* || 20 Methymneo *MP* || 21 egeo *P* Thraciae *M* || Lesbe filio *E*, *cf. Diod. Sic. III, 55. Steph. Byz. s. v. Λίβωια, scholl. Vict. II. Q 544* || Macharis *P* || 22 Metymna *M* || 23 cytharedus *MP* 25 pomum] unde *E* Fortasse nominatas *Keilius* || aegyptiacas *MP* || intelligimus *MP* || 26 egypto *MP* || 27 psithiae *V* psithiae *M* Psithie *P* || lageeus *M* Pretie *P* praeciae *M*.

5 Asclepiades] *Asclepiadae Tragilensis opus τραγοδόνιμα spectari videtur, cuius fragmenta habes apud Muellerum Hist. Graec. fragm. III p. 301 ss. et apud Werferum AA. philol. Monac. II p. 491 ss. Cf. infra ad Georg. III, 267 Probi comm. || 15 Homerus] Od. VII, 114 ss.*

99. 'Argites' autem dicta est a candore.

98. TMOLIVS ADSVRGET QVIBVS ET REX IPSE PHANEVS. 'Tmolium' nunc Tmolium vult intellegi, Lydiae montem, amminio fertilem. 'Phaneum' portum vult esse insulae Chiae, et significari inde Chium amminium. 5

102. 'Rhodia' et 'bumastos' genera sunt uvarum, Rhodia a loco dicta, bumastos, quod imitetur papillas vaccae.

108. 'Ionios fluctus' dicit Adriatici maris, quod Ionium ab Ione dictum est.

115. EOASQVE DOMOS ARABVM PICTOSQVE GELONOS. Geloni 10 sunt Scythiae populi, dicti ab Herculis filio Gelono et Echidna, ut in quarto Herodotus refert.

117. HEBENVN lignum est nigrum pretiosum.

119. 'Balsamum' est liquidum medicamentum oculorum curationi necessarium, quod arboribus destillat in modum picis. 'Acanthus' 15 est herba spinosa folia lata habens et rugosa.

120 s. QVID NEMORA AETHIOPVM MOLLI CANDENTIA LANA, VELLERAQVE VT FOLII DEPECTANT TENVIA SERES. Existimantur bestiolae quaedam, quas bombycas vocant. Quidam iudicant, ex harundinum foliis Seras veluti lanam facere et inde fieri serica. 20 Seres autem natio est in ultima India.

126 s. MEDIA FERT TRISTES SVCCOS TARDVMQVE SAPOREM FELICIS MALI. Pars Parthorum Media est appellata a Medo, filio Medae et Aegei, ut existimat Varro, qui quattuor libros de Argonautis edidit. Arbor autem, quae describitur a Vergilio, nascitur 25 quidem et in Italia, sed non est eiusdem effectus, cuius in Media, appellata Rhododaphne.

137—139. NEC PVLCHER GANGES ATQVE AVRO TVRBIDVS HERMVS LAVDIBVS ITALIAE CERTENT; NON BACTRA NEQVE INDI TOTAQVE

1 Argytes *P* || 2 thmolius *M* Tmolus *VPE* || assurgit *MP* || 2 s. Tmolium non Timolium uolunt *V* || Tmolium *om. M* || 3 Tmolium nunc *M* || intelligi *MP* || Ludiae, in *marg.* Lydiae *V* || amminio *M* || amminio uino fertilem *VE* || 4 Phaneum *P* || 5 ammineum *M* ammineum *P* || 6 sunt *om. P* || Rhodia *om. MP* || 8 Ionios *MP* || 10 Eosque *V* || 11 Scythiae populi *M* Scythiae *V* Scythae *PE* Echidna *E* chidna *codd.* || 13 preciosum *MP* || 14 oculorum curationi *ME* curationi oculorum *P* oculorum curari *V* *conpendio* curaōi male intellectu || 15 ex arboribus *PE* || distillat *MP* || achanthus *M* Achantus *P* || 17 ethiopum *MP* || canentia *codd.* || 18 vt | et *codd.* || 19 bombicas *M* bombyces *E* || Quidam iudicant *om. M* || 20 Seras | ceras *M* ieras *P* || 23 faelicis *MP* || 24 Medae | Mediae *MP* || Egei *P* || quatuor *P* || 26 s. in Media, appellata | in Media appellatur *codd. et E* in Media quae appellatur *Keilius* Fortasse in Media et appellatur *Keilius* || 29 Bactra, *corr.* Bactra *m. I P.*

12 in quarto Herodotus | *Cap. 108 s.* || 24 Varro | *Cf. Wüllneri de Varronis Atacini vita et scriptis p. 12.*

TVRIFERIS PANCHALIA PINGVIS HARENIS. Ganges fluvius est Indiae, Hermus Lydiae, qui fert aurum. Bactra oppidum Indorum; Panchaia, Persidis regio, a rege Panchaeo dicitur.

146. HINC ALBI, CLITVMNE, GREGES ET MAXIME TAVRVS VICTIMA,  
5 SAEPE TVO PERFVSI FLVMINE SACRO. Clitumnus est Etruriae fluvius a fonte navigabilis.

152. NEC MISEROS FALLVNT ACONITA LEGENTES. Aconita sunt venenorum genera, quae fere in petris nascuntur Scythiae iuxta Maeotidem paludem. Existimantur autem esse ex spuma Cerberi,  
10 quam is fuderit protractus ab Hercule in lucem. Aconita autem Graece a cotis nomine dicuntur. Illa enim ἀκόνη appellatur.

158. AN MARE, QVOD SVpra, MEMOREM QVODQVE ADLVIT INFRA? Cingit Italiam a Septentrione Adriaticus sinus, a meridie Tuscum mare. Adriaticum superum appellatur, Tuscum inferum.

159 s. ANNE LACVS TANTOS? TE, LARI MAXIME, TEQVE FLVCTIBVS  
ET FREMITV ADSVRGENS, BENACE, MARINO? Uterque lacus est in Italia: Larius Insubres tangit et pervenit usque in Comum oppidum; Benacus est, ex quo Mincius flumen nascitur, quod praeterfluit Mantuam.

167—169. HAEC GENVS ACRE VIRVM MARSOS PVBEMQVE SABEL-  
LAM ADSVETVMQVE MALO LIGVREM VOLSCOSQVE VERVTOS EXTVLIT. Sabelli gens est Italiae. Appuli iidem appellantur Dauni. Volsci 'veruti' ideo dicuntur, quod doloñibus in proelio soliti sint uti.

176. ASCRAEVMQVE CANO ROMANA PER OPPIDA CARMEN. Ascra  
25 vicus est Boeotiae, in quo existimatur natus Hesiodus, qui scripsit carmina, quae dicuntur ἔργα καὶ ἡμέραι, quo libro agri quoque cultus rationem stringit, et ideo se dicit 'Ascraeum carmen' Vergilius 'per Romana oppida canere'.

192 s. HINC LATICIS, QVALEM PATERIS LIBAMVS ET AVRO, IN-  
30 FLAVIT CVM PINGVIS EBVR TYRRHENVS AD ARAS. 'Pinguis Tyrrenus' Tuscus tibicen significatur, vel quod non sit subtilis musice barbara vel quod tumeant buccae infantis tibiae, quae significantur ebore dicto.

1 thuriferis *MP* || fluvius | flumen *V* Fl. *P* || Indiae | nidae *V* || 2 Bactra *P*  
3 Pancheo *MP* || 4 alibi *V* || tauris *P* || 5 fluvius | flumen *VE* Fl. *P*  
7 fallit *V* || 9 Meotidem *P* Meotida *V* || Existimatur *P* || 10 pertractus *V*  
11 Grece *P* || a cotis | a cautis *VE* om. *M* cum lacuna Cantis, om. a *P* || aconen  
appellant *MP* || 12 alluit *MP* || 13 Thuscum *M* || 14 appellant *V* || Thuscum *M*  
16 assurgens *P* || 17 oppidum .op. *P* || 18 flumen] .Fl. *P* || nascitur] oritur *E*  
preterfluit *P* || 20 Hec *P* Nec *M* || uiros *MP* || 21 assuetumque *MP* || 22 idem  
*VM* || Daunii *M* || 23 prelio *P* || sunt *V* || 24 Ascraeumque *MP* || 25 Boetiae *MP*  
26 carmina — ἡμέραι om. *M* cum lacuna || ἔργα *V* || Erga καὶ μέρας *P*  
27 Ascraeum *MP* || 29 Hic *M* || latices *P* || 32 ebure *VM*.

197 s. SALTUS ET SATVRI PETITO LONGINQVA TARENTI, ET QVALEM INFELIX AMISIT MANTVA CAMPVM. Tarentum oppidum in Italia condiderunt Parthenidae, hoc est exules Lacedaemoniorum, duce Phalantho. In finibus autem Tarentinorum est locus, quem Saturium vocant, unde etiam paludem Saturam, cuius etiam in 5 septimo mentio est, cum ait Vergilius <A. VII, 801 s.>:

Qua Saturae iacet atra palus gelidusque per imas

Quaerit iter valles atque in mare conditur Ufens.

'Saturi' ergo 'Tarenti' a Saturio loco vel a Saturia palude dixit. Quidam dicunt cum ob agri bonitatem, tum a loco quodam Saturo, qui est 10 prope Tarentum, Saturum cognominatum. Dicitur autem Tarentum, Neptuni filium, Lacedaemonia civitate ex Saturia, Minois Cretensium regis filia, procreasse filium. Hunc proiectum naufragio facto delphinus in Italiam evehisse dicitur: cuius hodie quoque testimonium manet. Nam in municipio Tarentinorum hominis effigies in delphino sedens est. A Saturia uxore eum locum Saturium appellasse fertur et postea ei loco ex suo nomine nomen Tarentum imposuisse. Ideo 'infelicem Mantuam' dicit, quia Mantuanis, quod a Romanis desciverant, agri adempti sunt. 15

224 s. TALEM DIVES ARAT CAPVA ET VICINA VESEVO ORA 20 IVGO ET VACVIS CLANIUS NON AEQVVS ACERRIS. Vesuvius mons est in Campania vino fertilis, quem 'Vesevum iugum' dicit. Eiusdem est Campaniae flumen Clanius iuxta Acerras nomine, sed gigantis nomine Clanius dictus est, qui ab eo dicitur, ut Metrodorus ait. 'Non aequus' autem idcirco 'Acerris' existimatur, quod eas saepe 25 inundet, quae vacuae idcirco dicuntur, quod paene desertae sunt.

380—384. NON ALIAM OB CVLPAM BACCHO CAPER OMNIBVS ARIS CAEDITVR ET VETERES INEVNT PROSCENIA LVDI, PRAEMIAQVE

3 Lacedaemoniorum *MP* || Phalanto *MP* || 5 saturium *E* Satorium *MP* Saturnum *V* || etiam paludem] et paludem *P* || 6 VII *MP* || 8 Querit *P* || uallis *VE* || 10 cum *E* eum *codd.* || tum] eum *V* || 11 Tarentum] Tarantem *E* Tarentus *Keilius* || 12 filium *codd.* et *E* filius *Keilius* || Lacedaemonia *P* || 16 Saturium *Keilius* Saturia *P* Saturia *VE om. M, fortasse recte* || 18 infelicem *P* a mantuanis *M* || quod *VM* qui *PE Keilius* || 20 aras *M* || et *om. V* || 21 CLANIUS] damus *V* || aequus *M* || Vesuvius] Vesulus *VP* Vesevus: sive Vesbius sive Vesulus mons est Campaniae *Pomponius Sabinus* || est *om. V* || 22 dicit *E* dicunt *codd.* || 23 est et *V* || Acerre<sup>an</sup>, *corr. m. I P* || nomine \*\*\* sed *Duebnerus* || 24 qui eo, *om.* ab *MP* qui ab eo dicitur *del. Duebnerus. Fortasse* iuxta Acerras, et gigantis — qui non ab eo *Keilius* || 25 equus *M* || existimatur Acerris *P* || 26 pene *P* || 27 ob *om. V* || 28 INEVNT] in eum *V* metuit, *corr. m. I* ineunt *P* || Ludos, *corr. m. I* Ludi *P*.

24 Metrodorus] *Cf. Teuber. de Servii vita et commentt. I p. 50. Videtur idem esse, cuius quinque de zonis libros Servius ad Verg. Georg. I, 229 laudat.*



INGENTES PAGOS ET COMPITA CIRCVM THESIDAE POSVERE ATQVE INTER POCVLA LAETI MOLLIBVS IN PRATIS VNCTOS SALIERE PER VTRES. Postquam humanitas animalium coepit carne vesci, quae frugibus nocent vel aliquos laeserant fructus, prima existimatur  
 5 hostia fuisse sus, secunda caper, ille, quia terram rostro protundo semina rueret, hic, quia vitem laeserat. Itaque etiam Ovidius in quinto decimo dat testimonium huic opinioni dicente Pythagora:

Et prima putatur

Hostia sus meruisse necem, quia semina pando  
 10 Eruerat rostro spemque interfecerat anni:  
 Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras  
 Dicitur ultoris: nocuit sua culpa duobus.

'Praemia' autem 'posuisse Thesidas' cum dicit 'ingentes pagos et compita circum', Athenienses significat a rege Theseo dictos. Itaque  
 15 ludis quia praemium victoriae erat caper, qui Graece *τράγος*, tragedia coepit appellari genus quoddam carminis, ab antiquis causa spectaculi institutum.

385—389. NEC NON AVSONII, TROIA GENS ORSA, COLONI VERSIBVS INCOMPTIS LVDVNT RISQVE SOLVTO ORAQVE CORTICIBVS SVMVNT  
 20 HORRENDA CAVATIS, SED TE, BACCHE, VOCANT PER CARMINA LAETA TIBIQVE OSCILLA EX ALTA SVSPENDVNT MOLLIA PINV. Hic quoque ritus oscillatorum iactationis frequens in Italia ab Atticis est traditus: celebratur autem feriis sementinis, ex hac causa ab Atheniensibus institutus. Icarus pastor Atticus cum a Libero Patre accepisset  
 25 vinum deportandum venale et praeciperet ignorantibus adhuc usum huius, ut parce biberent, illi sapore delectati contumaces fuerunt praecepto. Itaque cum corpus eorum solveretur ebrietate et somno, arbitrati se venenum accepisse, interfecerunt Icarum. Canis autem eius, sine domino reversus ad Erigonen filiam, dux fuit quaerenti  
 30 patrem. Illa autem cognita morte Icari suspensio se necavit, canis vero non recedens a corpore dominorum inedia consumptus est.

3 humanitas] uixisse *V Keilius* iussisse *M* iussisse *vel* uississe *P* || cepit *P*  
 Postquam mortale genus animalium coepit carne vesci; ex his quae frugibus nocerent — laederent *E* || 4 alios *P* || lederant *M* || 5 suis *M* sui *P* || 6 ruerent *P* || leserat *MP* || Oui etiam *P* || 7 in XV. *MP* || dat *om.* *V* || Pyctagora *P* || 11 mattatus *P* || 12 ulcoris *P* || nocuit] meruit *P* || 13 ingentis *V* || 14 Teseo *P* || 15 praemium *P* || victoriae] uictoris *E Keilius* || qui] quia *P* || Grece *P* grege *V* τράγος *V* trogos *MP* || 15 s. Tragedia *P* || 16 cepit *P* || quodam *P* || 23 hac *om.* *V* || 24 accepisset *P* || 26 huius] eius *M* || illa *P* || delecta *V* || 27 precepto *P* cum et corpus *VM* || 28 accepisse *P* || 29 Erigonem *P* || 31 vero *om.* *V* || non *om.* *M supra lin. repos. m. I P* || corporum *V*.

6 Ovidius] *Met. XV, 111—115.*

Cum autem subita pestilentia in Attica incidisset et novi generis virgines alienatae mente suspensio se necarent in silvis, consultum est oraculum Apollinis de fine tam luctuosi furoris. Responsum est remedium futurum praesens supplicium eorum, qui occiderant Icarum. Quibus conquisitis et interfectis sacratioque inter sidera Icaro et filia et cane plane (ut) numinibus sacrificium institutum est, quo oscilla imitarentur suspendia Atticarum virginum.

425. 'Elaeam' Graece dicunt olivam, ex qua premitur oleum, quod *ἐλαιον* vocatur: *ἔλεος* dicitur misericordia, quae quia contigit iis, quibus pax datur, olea pacis signum est.

437. ET IVVAT VNDANTEM BVXO SPECTARE CYTORON. Cythoron est oppidum Ponticum fertile buxo non solum, sed praecipue.

438. NARYCIAEQVE PICIS LVCOS. Narycia est oppidum Locridos piceis frequens.

448. 'Ityraei' natio est Scytharum.

464. EPHYREA AERA. Corinthia; Ephyre enim prius dicta est, quam Corinthus.

469. TEMPE sunt loca nemorosa, frigida, fontana.

478. DEFECTVS SOLIS VARIOS LVNAEQVE LABORES. Deficit sol, cum eius orbem subit luna et obstat radiis. Lunae autem defectio fit, quia non suo lumine lucet, sed eo, quod a sole accepit, cum in umbram terrae venit. Aestus autem maris ad lunae motum et rationem fiunt. Sed lunae sunt quinque motus: diurnus, menstruus, annuus, latitudinis, altitudinis. Hi extremi ad mare pertinent. Terrae autem tremoris tres causae sunt. Nam aut ventis inclusis exitum quaerentibus fundamenta quassantur et his labefactis superiora continuantur, aut igni, quem inesse Aetna terrae docet, exusta occidunt cumque iis onus ipsorum subsidit, aut aquis id, quod sustinent, delabi in liquorem patiuntur et consumptis terris lacus constituuntur.

481 s. QUID TANTVM OCEANO PROPERENT SE TINGVERE SOLES

2 alienati *MP*, fortasse *leg.* alienata || necarent *editores* necabant *codd.* et *E* || sylvis *MP* || 6 (ut) *addidit Keilius* || institutum est sacrificium *M* || 7 oscilla *M* || imitarentur *E* temptarentur *VP* tentarentur *M* || atticae, *corr.* *m. I* arum *P* || 8 Eleam *MP* || Graece *P* || premitur *P* || 9 eleon *MP* || Eleos *MP* *ἐλεός* *V* || dicitur *om.* *V* || 10 eis *MP* || pax *E* parum *codd.* || 11 buxum *P* Cythoron *MP* || Cythoros *MP* || 12 buxū, *corr.* buxo *m. I* *P* || praecipue *P* || 13 Naryciaeque *M* || Narycia *Keilius* Naricia *E* Naricis *codd.* || 15 Ityrei *MP* || 16 Ephyrea era Corinthia *M* || Ephyre *V* Ephire *M* Ephyra *PE* || 16 s. prius est quam Corinthus dicta *M* || 18 Tempae *M* || 20 et *om.* *codd.* || 21 accepit *P* || 22 motus *P* || 24 altitudinis latitudinis *MP* || 25 aut *E* aut *P* aut *M* *om.* *V* || 26 ex his labefactatis *V* ut iis labefactis *E* || 27 aut in igni, in *del.* *M* || Aethna *M* || 28 iis | eis *P* eius *M* || onus *Keilius* sonus *codd.* et *E* || 29 sustinent *M* sustinet *P* || et *Duebnerus* sed *codd.* et *E* || 31 oceani *V*.

HIBERNI VEL QVAE TARDIS MORA NOCTIBVS OBSTET. Brevem diem facit brumalis circuitus, cum octava parte maior est ea pars circuli, quae subiecta terris est et superior eadem minor.

483 s. SIN, HAS NE POSSIM NATVRAE ACCEDERE PARTES, FRI-  
5 GIDVS OBSTITERIT CIRCVM PRAECORDIA SANGVIS. Significat sanguine circum praecordia ducto animum, Empedoclis sententia.

487. 'Sperchios' est Thessaliae fluvius, 'Taygeta' Laconiae, ubi venantur virgines Laconicae. Laconice enim 'Lacaenas' facit, Lacedaemon 'Lacedaemonias': Laconice regio est, Lacedaemon oppidum  
10 Spartae dicitur, unde Spartanae sunt eadem virgines.

506. VT GEMMA BIBAT ET SARRANO DORMIAT OSTRO. Tyriam purpuram vult intellegi Sarranum ostrum. Tyron enim Sarram appellatam Homerus docet, quem etiam Ennius sequitur auctorem, cum dicit Poenos Sarra oriundos.

15 361. TABVLATA PER VLMOS rami sunt, qui vites sustinent per translationem, quia rustici cum putant, supra eos ramos stant, hoc est tabulas.

417. 'Antes effectos' ordines inter vites ad vindemiam factos dicit, et tum maxime subitos imbres periculosos esse.

20 519. TERITVR SICYONIA BACCA TRAPETIS. Sicyoniam baccam olivam dicit. Trapetum torcular olei.

536. DICTAEO REGI. Iovi a Dicte, monte Cretae, in qua educatus creditur.

Lib. III, 1 s. TE QVOQVE, MAGNA PALES, ET TE, MEMORANDE,  
25 CANEMVS, PASTOR AB AMPHRYSO, VOS, SILVAE AMNESQVE LYCAEI. Pales Dea est pastorum, cuius diem sacrum appellant Parilia trans-

1 hyberni *P* || 2 brumalis circuitus *hic addidit, in sequentibus deletit Keilius* || 3 subiecta terris est brumalis et superior eadem minor circuitus *codd. et E* || 4 partis *VPE* || 5 precordia *P* || sanguinem *V* || 6 precordia *P* scilicet animum *V* animum, scilicet *Keilius* scilicet *om. MPE* || 7 Tessalie *P* || fluvius *M* flumen *VE Fl. P* || Taigeta *M* || Laconiae] Laconices *Keilius* Laconicis *E* || 8 Laconicae] Lacenae *MP* || Laconice] Laconicae *M* || Lacenas *P* 8 s. Lacedemon Lacedemonias *MP* Lacedaemon Lacedaemonius *V* || 9 Laconicae *MP* || regio] regno *MP* || Lacedemon *MP* || 10 Sparte *P* Sparthe *M* Sparthanae *M* || 11 *ετ*] aut *MP* || 12 intelligi *MP* || 14 Pēnos *P* || Sarra] barbara *M* || 15 sustinent *MP* || 16 rustici cum *Keilius* rustici quum *E* rusticum *codd.* || putat *VP* || sup *P* (*i. e. supra, nam super in P semper sup scribitur*) 18 ordinis *M* || inter vites *om. MP (M cum lac.)* || 19 ymbres *P* || 20 Sycionia *P* || baccha *M* baccha, *corr. bacca P* || Sycioniam *P* || baccham *M* || 21 trapetem *M* torcular] torcularē *VPE* torcular est *Keilius, haud improbabiliiter* || 22 Dictēo *MP* || REGI] rei *P* || a Dictea *MP* || *Inter l. 23 et 24 quattuor linearum spatium relictum in M Liber Tertius (col. rubr.) P* || 24 *ετ*] ex *V* || 25 Amphrisso *M* syluē *P* || Lycei *MP* || 26 cui *VM* || Palilia, *in marg. Parilia V.*

6 Empedoclis sententia] *Cf. phil. Gracc. fragm. ed. Mullach. I p. 11 (v. 373. 374)* || 13 Homerus] *Apud Homerum nil tale* || Ennius] *Cf. Enn. fragm. ed. Vahlen. p. 49 Ann. v. 330.*

posita littera L, quae si suo loco esset, Paliria potius dicerentur. Qui dies natalis est urbis Romae, quae a pastoribus est condita. Huius autem, cuius Deae esset, etiam ritus declarat natura. Nam et ignem transiliunt accensis stramentis more, agresti ibi hunc diem colentes (et) lactem libant, qui fructus ex pecore tollitur. — 5 Amphrysos flumen est Thessaliae, cuius regionem quandam Molossi incolunt, quorum rex fuit Admetus, Pheretis filius, cuius pecora et armenta pavit Apollo, iussus serviendi contumelia decem annis luere temeritatem, qua Cyclopas perdiderat, qui fulmen fecerant, quia indignabatur eo percussum Asclepium. His ergo invocat eum 10 cum Pale. — Lycaeus mons Arcadiae regionis, quae pecorum studiosa est.

4 s. QVIS AVT EVRYSTHEA DVREVM AVT ILLAVDATI NESCIIT BVSI-  
RIDIS ARAS? Eurystheus rex fuit, cuius imperio Hercules intolerabilia stipendia sustinuit. Busiris, Neptuni filius, rex Aegyptiorum 15 fuit, advenas ad aras immolare solitus, quem Hercules interfecit.

6. CVI NON DICTVS HYLAS PVER ET LATONIA DELOS? Hylas, Thiodamantis filius, Dryopum regis, quorum gens subiecta Parnaso fuit, qui patre interfecto Herculem secutus fuit, studio eius virtutis ardens. Cum ex comitatu Argonautarum in Mysia Hercules recessisset ad materiam quaerendam remi, quem fractum volebat reficere, 20 et Hylas ad hauriendam aquam Ascanii fluminis urnam extulisset, dum accedit ad ripam, adamatus a Nymphis. Propter hunc Hercules comites deseruit nec secutus Iasonem, ut refert Apollonius in Argonautis: eius fluminis Nympha † Madide tunicae partus est. 25 Et Apollonius refert in Argonautis † ἀλεξιονην ὄνομακρῖτο. 'Latonia

1 si om. V || 3 huius, corr. huius m. I P || etiam om. V || natura om. VMP, fortasse recte, ut natura (per compendium nā scriptum) pro dittographia vocis Nam habendum sit || 5 (et) addidit Keilius || lacte Keilius lactem codd. et E qua de forma cf. Hertz. Gell. ed. mai. XII, 1, 17 || 6 Amphrysos M || flumen] Fl. P || est om. P || Tessalię P || 7 Pheretis MP || filius]. F. P || 8 s. anni tulere V || 9 fecerat V || 11 cum Pale E cum om. codd. || Lyceus MP || Arcadiae MP || 18 Euristhea P || aut ill. — aras hic omissum post sustinuit l. 15 posuerunt MP || 13 s. busyridis M || 14 Eurysteus P Euristheus M || 14 s. intolerabilia M || 15 substinuit MP || Busyris Neptuni F. P || egyptiorum MP || 16 imolare P || 17 cui] Quoi M || 18 Driopum P || Parnasso MP || 20 Misia P || 21 querendam P || 22 hauriendum M || Ascanii. Fl. P fluminis Ascanii VE || 23 a nymphis est E Keilius || propter] per V || 25 fluminis]. Fl. P || Madide P || Madide tunicae] Meliae Eunicae E, cf. Theocr. XIII, 45 (Εὐνείκα καὶ Μαλῆς). Well. ad Apoll. Rhod. II, 4. Ad fontem Celei (fort. Cetei) venit fluminis Schol. Bernens. ad Ecl. VI, 43, p. 799 ed. n. || partus] raptus P || 26 ἀλεξιονην ὄνομακρῖτο V et Alexionin onomacrito MP μέση δ' ἐνὶ κάβαλε δῖνη E, cf. Apoll. Rhod. I, 1239 || 26 s. Latona Delus V.

24 s. Apollonius in Argonautis] I, 1207 s. || 26 Apollonius in Argonautis] Cf. Merkelii ed. p. 61 adn.

Delos, quia ibi peperit Apollinem et Dianam in ipsa palmae et oleae arbore.

10—12. PRIMVS EGO IN PATRIAM MECVM, MODO VITA SVPERISIT, AONIO REDIENS DEDVCAM VERTICE MVSAS, PRIMVS IDVMAEAS RE-  
 5 FERAM TIBI, MANTVA, PALMAS. Terram, quae nunc Boeotia vocatur, habuerunt ante Hyantes, Leleges, Hectenes, Stemanti, Aones, unde adhuc Aonia dicitur. Est autem in ea Helicon mons sacer Musis, in cuius vertice Musius fons expressus dicitur ungula Pegasi, quem alii Aganippen, alii Hippocrenen vocant. Inde ergo se deducturum  
 10 Musas dicit, quia primus Mantuanorum carmina scripserit. 'Idumaeas' autem 'palmas' ab Idumaeorum gente, id est Iudaeorum, quae regio est in Syria Palaestina. Locum autem hunc dixit, quod non ibi tantum sint palmae, sed praecipue.

14 s. VBI FLEXIBVS ERRAT MINCIVS. Mincius flumen, ex Benaco  
 15 lacu fluens, praeterit Mantuam.

19 s. CVNCTA MIHI, ALPHEVM LINQVENS LVCOSQVE MOLORCHI, CVRSIBVS ET CRVDO DECERNET GRAECIA CAESTV. Eos significat ludos, qui in Achaia celebrantur quinto quoque anno et appellantur Olympia, et eos, qui in Arcadia, et dicuntur Nemea. Alpheos  
 20 enim flumen est Achaiae, iuxta quem Elis oppidum, extra quod Olympii Iovis templum. Ibi celebrantur quinquennalia certamina gymnica. 'Lucos Molorchi' Nemeam dicit. Molorchus fuit Herculis hospes, apud quem is diversatus est, cum proficisceretur ad leonem Nemeum necandum. Qui cum immolaturus esset unicum arietem,  
 25 quem habebat, ut Herculem liberalius acciperet, impetravit ab eo Hercules, ut eum servaret, immolaturus vel victori tamquam Deo vel victo et interfecto leone cum solutus esset vel odio Iunonis, ne ei caelestes honores contingerent, vel fatigatus, experrectus mira

1 in ipsa *E* in apisa *MP* Mapisa *V* || 2 oleae] deae *V* || arbori *MP* arbores *V* || 4 Idumeas *M* Idymeas *P* || 5 Terra *V* || Boeotia *P* || 6 Hectenes *E*, cf. *Paus. IX, 5, 1: Γῆν δὲ τὴν Θηβαΐδα οὐκῆσαι πρῶτον λέγουσιν Ἐκτῆνας* Ectenes *VP* Bentes *M* || Stemanti] Temmices *E*, cf. *Strab. IX, 401: Ἡ δὲ οὖν Βοιωτία πρότερον μὲν ὑπὸ βαρβάρων ὠκεῖτο Ἀόνων καὶ Τεμμύκων ἐκ τοῦ Σουνίου πεπλανημένων καὶ Διέλεγον καὶ Ταντων.* *VII, 321: αὐτὴν δὲ τὴν Βοιωτίαν Ἄονες καὶ Τεμμύκες καὶ Ταντες* || 8 in] ex *M* || Musius] unus *M* || fons] mons *M* || quem] quae *V* || 9 Hippocrenen *P* || ducturum *V* || 10 s. Idumeas *M* Idymeas *P* 11 ab *E*, om. *codd.* || Idumeorum *MP* || Iudeorum *MP* || 12 Palestina *MP* || hunc dixit *om.* *V* || 13 praecipue] precipue *P*, cf. *p. 373, 12 praecipuae MVE* 14 erat *V* || flumen] *Fl. P* || 15 preterit *P* || 17 decertet *M* || Grecia cestu *P* 18 s. Olympia appellantur *M* || 19 Olympia *V* || Archadia *MP* || 20 est Flum] *P* || Elis] *Elis P* eolis *M* || extra] iuxta *M* || 22 Nemeam *Keilius* Nemea *codd. et E* || 23 s. Nemeum leonem *P* || 24 imolaturus *MP* || 26 imolaturus *P* tanquam *VPE* || 27 et *om. V.* *Fortasse* interfecto Manibus. Interfecto autem leone cum sopitus esset *Keilius ad O. Iahn. Mus. Rhén. a. 1845 p. 618 ss. et Naekii opusc. II p. 119 provocans* || 28 ne] nel *M* || caelestes *P*.

damnum celeritate correxit, sumpta apiacea corona, qua ornantur, qui Nemea vincunt. Supervenit itaque et Molorcho paranti sacrificium Manibus, ubi et aries immolatus erat. Inde Nemea instituta sunt: postea Archemori Manibus sunt renovata a septem viris, qui Thebas petebant. Sed Molorchi mentio est apud Callimachum in *Ἀκτίων* libris. 5

25. PVRPVRBA INTEXTI TOLLVNT AVLAEA BRITANNI. Plerumque ludis Domitiani Imperatoris, quas proxime gentes devicit, earum habitum et figuram aulaeis intexunt, quo saepius redintegretur memoria virtutis † erat, quam populo ostendant. Britannos autem 10 pro qualibet gente dixit.

27—29. GANGARIDVM FACIAM VICTORISQVE ARMA QVIRINI. AD- DAM VRBES ASIAE DOMITAS PVLSVMQVE NIPHATEM ET DVO RAPTA MANV DIVERSO EX HOSTE TROPAEA. Gangaridae dicuntur Indi ab Indiae flumine Gange. Cingitur enim Caucasus India et flumine et 15 Oceano. — Quirinum victorem Romulum significat. Sic enim Proculus Iulius persuasit populo, cum Romulus non compareret, eum vidisse se ab eoque in mandatis accepisse, uti populus Romanus Quirinum se appellaret, quia in numerum Deorum esset receptus. — Niphates est mons Armeniae, quae cingitur Tigri Euphrateque 20 fluminibus. Est et pars Mesopotamiae. Haec autem flumina decurrunt in Persicum sinum. — ‘Diverso ex hoste tropaea’ significat orientali et occidentali.

34—36. STABVNT ET PARIJ LAPIDES, SPIRANTIA SIGNA, ASSA- RACI PROLES DEMISSAEQVE AB IOVE GENTIS NOMINA, TROSQVE 25 PARENS ET TROIAE CYNTHIVS AVCTOR. Paros insula est Cyclas in Aegaeo mari, in qua mons est Marpeessos, unde marmor exciditur candidum, ut ipse Vergilius in sexto (v. 471) ‘Marpesiam cautem’

1 celeritate damnum *E Keilius* || damnum | Daunium *V* || sumpta apiacea *Keilius* (apiacea *Naekius invenerat*) sumptaque picea *codd. et E Fortasse* sumptaque apiacea corona — vincunt, tricesimo, postquam ab hospite profectus erat, die ad eum venit. Supervenit itaque *Keilius* || ornantur | hornantur *P* honorantur *VE* || 2 qui in Nemea *MP* || vincunt, superuenit. *M* || parante *P* || 3 ibi *P* || imolatus *P* || 4 reuocata *V* || 6 *αἰτιάων* *V* aetion *M* etion *P* || 7 aulea *MP* alea *V* || 8 Domitiani *V om. MPE*, ut pro spurio habendum sit || gentes | gentis *VMP*, fortasse gentes is || eorum *M* || 9 auleis *P* auleis *M* || redintegretur *E* reintegretur *codd.* || 10 erat *om. E Fortasse* eius *Keilius*; *malim* Imperatoris || ostendit *V* || 13 Nifatem *M* || 14 trophea *P* tropea *M* || 14 s. Indi ab Indiae flumine | Indi a flumine *MP* ab Indiae flumine. *VE Keilius* 16 oceano, *om. et V* || oceano *M* || 18 eo, *om. que V* || accepisse *P* || 20 Armæniae *M* || Tygri *MP* || et Euphrateque *M* || 22 tropea *P* tropea *M* || 24 lapidis *V* 25 dimissaeque *P* || gentis | *Utrum P* gentis an gentes habeat, incertum || 26 autor *MP* || 27 Aegeo *M* Egeo *P* || marmur *P* || exciditur *VE* exciditur *MP* 28 in VI *MP*.

5 Callimachum] *Cf. Callim. ed. Schneider. fragm. 6 (II p. 119).*

vocat. Assaraci autem prolem vult accipi Caesarem, qui deducat progeniem ab Aenea, qui ex Anchise patre est. Capys Assaraci filius, Assaracus autem Trois, Tros ipse Erichthonii filius, Erichthonius ex Electra et Iove nascitur, ut Aeschylus, tragicus scriptor, 5 sentit. — ‘Cynthius’ est Apollo a monte insulae Deli Cyntho dictus. Idcirco ‘Troiae auctor’ dicitur, quod eam munierit sub Laomedonte, et Neptunus.

37 s. INVIDIA INFELIX FURIAS AMNEMQUE SEVERVM COCYTI METVET TORTOSQUE IXIONIS ANGVES. Potest videri haec sententia 10 ambigua, quia et ‘angues’ interpretari aliquis potest <G. III, 39>: rotam et non exsuperabile saxum Ixionis, sed nec praeter rotam et saxum aliud esse supplicium, ipse Vergilius. Sentit enim illum a Furia et Pirithoum urgueri epulis regii apparatus, quarum prius incendantur, et motu impendente saxi urgueri, cum ait 15 <A. VI, 601—603>:

Quid memorem Lapithas, Ixiona Pirithoumque,  
Quos super atra silex iam iam lapsura cadentique  
Imminet adsimilis.

Sed significatio horum versuum fere haec est: Quisquis invidet 20 huic operi, debet timere post excessum vitae supplicia, quae pati existimantur defuncti, et Furias. Cocytus autem palus est Inferorum et Styx. ‘Styga’ si diceret ‘severam’, intellegeremus eam ob hoc dici, quod eius religio teneat Deos. Per eam enim iurare creduntur. Sed ‘Cocytus amnem’ dicit, qui a luctuosa voce appellatur. 25 ‘Severum’ autem significat tristem, quod proprium est morti.

40 s. INTEREA DRYADVM SILVAS SALTVSQVE SEQVAMVR INTACTOS. Hoc est: scribamus carmen agreste imperatum a Maecenate.

43 s. VOCAT INGENTI CLAMORE CITHAERON TAYGETIQVE CANES DOMITRIXQVE EPIDAVRVV EQVORVM. Cithaeron mons est Boeotiae,

1 accipi] intelligi *M* || 2 Capis *MP* || 3 s. Erichthonii filius Erichthonius *P* Erichthonii filius Erichthonius *M* || 4 ut *VE om. MP* | Aeschylus] *Sic Schneidewinus*. Scylos *M* Scylos *VPE* | scriptor tragicus *PE* | 6 auctor *P* | 8 infelix *P* | 9 Potest] post *V* || 10 quia *om. V* | aliquis interpretari *M* || interpretari *P* || 11 exuperabile *MP* || praeter] per *MP* || 12 alius *P* || ipse Vergilius] *Fortasse* ipse Vergilius dissentit. Sentit *Keilius* || 13 furia *E* syria *codd.* | Pirithoum *M* Pirithoum *P* || urgueri *seclusit Keilius* || quarum] *Fortasse* quae *Keilius* || 14 et motu et pendente *V* || 16 Lapythas *M* Lapithas *P* || Pirithoumque *MP* || 17 laxura, *del. x et suprascr.* ps *M* || cadenti *P* || 18 assimilis *P* || 19 haec fere *M* || invidet] uiderit *VP* || 21 palos *V* || 22 stix *M* || Stygia *M* | diceret] dicit *VM* intellegeremus *MP* || 25 severam *VM* Seuerem *P* || 26 sylvas *MP* || *INTACTOS*] *Hic desinit cod. Monac.* || 27 Maecenate *P* || 28 Cytheron *P* || Taygetique *P* TAYGETIQVE — 29 EQVORVM *om. V* || 29 Epydauros *P* || equarum *P* || Cytheron *P* Boetiae *P*.

4 Aeschylus] *Cf. Nauckii Trag. Graec. fragm. ed. II p. 109.*

ubi arcana Liberi Patris sacra celebrantur tertio quoque anno, quae trieterica dicuntur. Existimatur autem Liber esse cum Musis, et ideo ex hedera, fronde eius, corona poetis datur. Nunc idcirco vocari se eius sacris vult accipi, quod et de vitibus praeceperit. 'Taygetos canes' dicit Laconicos a Taygeto, monte Laconiae. 'Epi- 5 daurus' est Peloponnesi civitas, unde optimi et generosissimi equi exeunt.

46—49. MOX TAMEN ARDENTIS ACCINGAR DICERE PVGNAS CAESARIS ET NOMEN FAMA TOT FERRE PER ANNOS, TITHONI PRIMA QVOT ABEST AB ORIGINE CAESAR. Pollicetur autem se quoque 10 Caesaris Octaviani, qui postea Augustus cognominatus est, scripturum victoriam, et quidam putant eum promissis fidem destituisse, ignorantibus non quidem *προηρονημένως* acta eius scripsisse, sed tamen non claudicare, quantum ad fidei pertinet vinculum. In octavo <v. 704 ss.> enim descripsit in clipeo eius pugnam et Actiacum 15 bellum, quod est gestum cum Antonio. — Tithonus autem fuit Laomedontis filius, frater Priami, qui existimatur ab Aurora ad-amatus uxorem eam habuisse. Priami autem filia Creusa, Aeneae uxor, mater Ascanii, a quo secuta est gens, quae ad Caesarem pervenit. 20

60 s. AETAS LVCINAM IVSTOSQVE PATI HYMENAEOS DESINIT ANTE DECEM, POST QVATTVOR INCIPIT ANNOS. Ex Lucina partus, ex Hymenaeo concubitus accipiemus. Itaque hoc ait, post annum quartum et intra decimum ad concipiendum utiles esse boves, extra finem hunc parum. 25

82. SPADICES • GLAVCIQVE. Palmae, cuius iam deficit color, colorem dicit. Siculi enim palmam, quam Graeci *φοίνικα* appellant, vocant *σπάδικα*. Spadicis color est, quem *λευκόπυρον* vocant, hoc est albus et fuscus, glaucus autem color viridis.

89—91. TALIS AMYCLAEI DOMITVS POLLVCIS HABENIS CYLLAROS, 30

1 celebrantur] colebantur V || 2 trieterica E Trieterica VP || 3 ex edere, corr. -ra m. I P exedere V || Nunc editores cum VP et E || 4 praeceperit P || 5 Laconiae VP Laconicos E Keilius || 5 s. Epydausius, corr. Epydaurus m. I P || 6 Peloponnesiū, om. ciuitas, quod sub syllabis iū (ciū) latere videtur, P || generosi V || 9 ET om. V || 11 Octavii P || 12 quidam] q̄ P, quod in P pro quidem poni solet || putant eum E, om. VP || promissis] pro musis V || 13 prohegumenos VP || tamen om. V || 15 clypeo P || 16 gestum est E || 19 quo, a add. m. I P || 21 Luciniam V || PATI om. VP || hymenos P || 22 quatuor P || 23 hymenaeo P || concubitus, corr. concubitus m. I P || 24 extra] ex P || 26 s. Spadices glaucique: palmae, cuius iam deficit color, colorem dicit Keilius Spadices palmae cuius iam deficit glaucique color colorem dicit VP || glaucique om. E || 27 Graeci P || phenica P || 28 σπαδεικα V Spadica P || Spadicis Keilius Callucis VP Spadix E || Leucopyrum P || 29 colos P.



ET QVORVM GRAII MEMINERE POETAE, MARTIS EQVI BIIVGES ET MAGNI CVRRVS ACHILLIS. Amyclae oppidum est Laconices, ut refert Homerus in catalogo ducum, qui ad Troiam armis accesserunt. Pollux autem et Castor Lacedaemone nati sunt, qui existimantur  
 5 equos accepisse a Iunone muneris nomine, *Ξάνθον καὶ Κύλλαρον*, quos ei Neptunus donaverat. Martis equi traduntur *Δειμος καὶ Φόβος* Homero auctore, Achillis *Ξάνθος καὶ Αἰθων*. Quidam quatuor putant et iis adiciunt *Πόδαργον καὶ Λάμπον*. Sed iis, qui duos credunt, haec eorum epitheta fuisse persuasio est.

10 92—94. TALIS ET IPSE IVBAM CERVICE EFFVDIT EQVINA CONIVGIS ADVENTV PERNIX SATVRNVS, ET ALTVM PELION HINNITV FVGIENS IMPLEVIT ACVTO. Saturnus Philyram, Oceani et Tethyos filiam, existimatur adamasse et, cum ea se mutasset in equam, ut eum falleret, ille quoque in equum transfiguratus cum ea concubuit:  
 15 ex quibus natus est Chiron; doctissimus Centaurus. 'Pelion' est Thessaliae mons.

122. NEPTVNIQVE IPSA DEDVCAT ORIGINE GENTEM. Neptunus Cereri cum vim adferre vellet, ea se in equam transfiguravit: nihilo minus incepto non destitit Neptunus eamque ita compressit, quod  
 20 genus equorum inde proditur esse.

113—115. PRIMVS ERICHTHONIVS CVRRVS ET QVATTVOR AVSVS IVNGERE EQVOS RAPIDVSQVE ROTIS INSISTERE VICTOR. FRENA PELETHRONII LAPITHAE GYROSQVE DEDERE. Erichthonius Electrae et Iovis filius fuit: sed huius nunc mentio non est, sed Attici, Vulcani  
 25 filii et terrae. \* cum cupiditate eius patris luctando invaluisse Minervae per certamina natus est, a terra et a certamine Erichthonius dictus. Primus autem dicitur quadrigis usus, quo decentius

1 equorum (*om. et*) *V* || grai *V* || biugis *V* || 2 Achille *VP* || Amyclae *E om. VP* || Laconices *P* || ut editores unde *VPE*, fortasse recte, ut Homeri *versum excidisse status* || 3 ad Troiam *E* maiorum *VP* || 4 Lacedemone *P* || 5 equo, corr. equos *m. II P* || accepisse *P* || Xanthum et Cyllarum *P* || 6 s. Dimos et Phebos *P* || 7 *φηβος V* || auctore *P* || Xanthus et Ethon *P* || 7 s. quatuor *P* 8 eis *P* || Podargum et Lampum *P* || eis *P* || 9 fuisse] esse *V* || persuasum *E*

10 effundit *VP* || 11 aduentum a Turnus et *V* || SATVRNVS] Aturnus, corr. *m. II P* || innitu *P* || 12 s. Filiam Oceani et Thetidis Phyliram *P* || 12 Tethiis *V* 16 Tesalię *P* || 18 afferre *P* || 19 inceptu *VP* || non *E om. VP* || ita *om. V* 21 Erichthonius *P* || quatuor *P* || 22 s. Peletronii *P* Phetronii, in marg. Pheltronii *V* || 23 Lapitę *P* || Erichthonius *P* || 25 Post terrae lacunam indicavit *Duebnerus* || 25 s. invaluisse Minervae] vim voluisset inferre *E* || 26 certamine, *om. a P* || 26 s. Erichthonius *P*.

3 Homerus in catalogo ducum] *Il. II, 584* || 7 Homero auctore] *Homerus Martis aurigas dicit Il. IV, 440. XI, 37. XV, 119. XIII, 299, sed loci XV, 119 habitus ambiguus errorem adducere poterat; Achillis equi apud Homerum non Xanthus et Aethon, sed Xanthus et Balius dicuntur (Il. XVI, 149), at Xanthus et Aethon, Podargus et Lampus Hectoris equi nominantur Il. VIII, 185.*

celaret pedes anguinos suos. 'Lapithae' natio est Thessalorum, 'Pelethronii' dicti a loco, qui subiectus esse Pelio monti dicitur, ab eo, quod medicamentorum magna vis ibi nascatur, quae Graeci *γλωσσηματικῶς θρόνα* vocant. 'Pelion' autem est eadem lingua lividum. Lapithae ergo primi existimantur equitasse, et, ut Palaephatus in libro *Ἀπίστων* ait, eius gentis utique [et hei pro hi diphthongus est Graeca] ii, qui in Nephele castello morentur. Ex qua causa Centauri nebulae filii creduntur, et Ixion iis mercedem promisit, si furentem taurorum gregem occidissent, quorum velocitate equorum cum impetus effugerent et ipsos telis conficerent, ἀπὸ τοῦ κεντεῖν, quod est figere, καὶ ταύρου Centauri dicti sunt. Existimati sunt bifformes, quia primi equitare coeperunt.

146—149. EST LVCOS SILARI CIRCA ILCIBVSQVE VIRENTEM PLVRIMVS ALBVRNVM VOLITANS, CVI NOMEN ASILO ROMANVM EST, οἷστρον GRAII VERTERE VOCANTES. Silarus flumen est Lucaniae, portus Alburnus et eiusdem nominis mons ad sextum a primis tabernis. Mentionem facit Lucilius hoc versu: Quattuor hinc Silari ad flumen portumque Alburnum. ASILO. Genus est tabani adeo acre, ut soleat armenta bucera inquietare: vocatur Graece οἷστρος. Meminit autem historiae hoc loco Vergilius eius, quam Ovidius in primo Metamorphoseon exposuit plene, referens Inachi filiam Io, compressam a Iove, mutatam in vaccam, actam esse per orbem terrarum oestro, donec ad flumen Nilum venit, ubi mitigata Iunone finitus sit eius labor, quam Inachiam dicit Vergilius <G. III, 153>.

25

1 celaret P || Lapythe P || Tessalorum P || 2 Peletronii P || dicitur om. P || 3 quae] quod VP || Greci P || 4 Glossematicos P glossematici V || Trona P θρόνον V || vocant om. V || 5 Lapyte P || 5 s. Palephatus P || 6 Ἀπίστων coni. Duebnerus ariston VPE || [et hei — 7 Graeca] secluserit Keilius; desunt autem in PE una cum verbis ii qui. Videntur illa pertinuisse olim ad lectionem variam hei vocabulo ii adpositam interpretandam || 8 eis P || 9 taurorum E centaurorum VP || 9 s. quorum velocitate equorum cum impetus effugerent et] quorum velocitate cum impetus effugerent et E quorum uelocitate quorum cum impetus effugerint (om. et) VP quorum impetus cum velocitate effugerent et Keilius || 10 telis P || 11 ἀποουκερτην P || fugere V || καὶ ταύρου V et tauris P || 12 coeperunt P || 13 locus V || 14 cvi] cum V || asylo P || 15 Estrum P || grai V || Silaris V || est Lucaniae om. V || 16 primis] parmis P || 17 Quattuor P || hinc] huic V || 18 ad Silari flumen VPE ad transposuit Keilius || Alburnum] taburnum V || Asylo P Asilus Keilius || est om. V || 19 acer V || soleant V || 20 Grece P || Estros P || hystorie P || 21 metamorphoseos V Methamorphoseos P || 23 estro P || flumen] .Fl. P || 24 ubi Keilius ibi VPE.

5 s. Palaephatus] Cf. Palaeph. cap. I || 17 Lucilius] Cf. Lucil. Sat. rel. ed. L. Mueller. III, 21 || 21 Ovidius in primo Metamorphoseon] I, 588.

151. ET SICCI RIPA TANAGRI. Tanagrus torrens est Lucaniae, qui, cum pluviae sunt, effusior est et saevit, cum serenum, siccus est.

180. Alpheus flumen est Achaiae. PISAE. Oppidum, quod habuit Oenomaus.

6 202. HIC VEL AD ELEI METAS ET MAXIMA CAMPI. Eleus campus stadium Olympiacum, ubi equi quoque certant.

197. Scythia regio est Septentrionalis.

204. Belgae natio Gallorum.

231. Carix herba, quae nascitur in paludibus.

10 255. Sabelli gens est Italiae, coniuncta mari, ubi maxima copia aporum est.

282. HIPPOMANES, QVOD SAEPE MALAE LEGERE NOVERCAE. Hippomanes nunc significat id, quod ex inguinibus defluit equarum, quod datur amatorium et furorem facit, si aut intempestivum est  
15 aut excedit modum. Theocritus herbam esse dicit, quam equi si gustaverint, efferantur.

267 s. QVO TEMPORE PRIMVM POTNIADES MALIS MEMBRA AB-  
SVMPERE QVADRIGAE. Potnia urbs est Boeotiae, ubi Glaucus, Sisyphi filius et Meropes, ut Asclepiades in *τραγῶδονμένων* libro  
20 primo ait, habuit equas, quas adsueverat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent et perniciosius. Ipsum autem, cum alimenta defecissent, devoraverunt in ludis funebribus Peliae. Quidam autem has equas Diomedis fuisse, quas Hercules ad Eurysthea perduxerit, et ab Eurystheo a Sisypho distractas eumque filio suo  
25 dedisse.

293. CASTALIOS FONTES. Castalius fons est Delphis in Apollinis oraculo, qui adluit ipsam aram Dei, dictus a Castalio, Delphi, (filii) Apollinis, filio, nepote Neptuni. Apollo autem dicitur Musagetes, quia Musarum (dux) existimetur, ut Lutatius in primo Com-  
30 munis Historiae ait: Qui Deorum curam egerat.

2 siccum est VP || 3 flumen] .Fl. P || Pise P Pisa est Keilius || 5 ἐλεῖ P 7 regionem V || 10 gens in lineae fine margini adscriptum habet P || est om. V 12 Hippomanes P || 13 Hippomanes P || nunc om. P || ex om. V || 14 datur Keilius datum VPE || et E ei VP || aut] ut VP || 15 herbam esse] Thebam est V || 17 TEMPORE] ipse (ipse = ἴπρε) V || 17 s. assumpserunt P adsumpsere V 18 Boetiae P || 19 Sisyphi P || Tragodumenon P || 20 assueverat P adsueverat V 21 cupidius] cupidinis V || perniciosius] perniciosius van de Sande Bakhuizen in A. Nauckii *Trag. Graec. fragm. ed. II p. 13 con. haud perperam* || 22 deuorant V || funebribus V || 24 Sisypho P || 26 FONTES] fontis VE || 27 alluit P Delphi Keilius Delphis P Delphici VE || 28 (filii) add. Keilius || nepotis P || 28 s. Musagetis VP || 29 Musarum (dux) Keilius musarum VP musis sacrum E Lutatius P || prima V.

15 Theocritus] *Id. II, 48 s.* || 19 Asclepiades] *Cf. supra, ad Georg. II, 84 Probi comm.* || 29 Lutatius] *Cf. Q. Lutatii Catuli Commun. Hist. fragm. a C. L. Rothio hist. p. 332 s. et H. Petro hist. I p. 192 s. collecta.*

304. AQVARIVS hiemem et pisces finiunt: ab iis ver incipit, hoc est ab ariete.

312. CINYPHII TONDENT HIRCI SETASQVE COMANTIS. Cinyps oppidum est et flumen Africae regionis Garamantum, apud quos hirci villosissimi nascuntur, quos tondent ad cilicia, quibus nautae 5 utuntur.

391 s. MVNERE SIC NIVEO CAPTAM TE, LVNA, FEFELLIT, IN NEMORA ALTA VOCANS NEC TV ASPERNATA VOCANTEM. Pan, Mercurii filius, cum Lunam concupisset, et haberet optimum pecus, poscente ea partem pecoris pro concubitu dicitur pollicitus, et 10 duas partes fecisse gregem, quarum alteram candidiorem, sed lanæ crassioris: Lunam deceptam candore deterius pecus abduxisse poeta significat.

338. LITORAQVE ALCYONEN RESONANT, ACALANTHIDA DVMI. Alcyone, filia Aeoli, uxor Ceycis, quae cum viro naufragio amisso 15 mutata est in aves alcyonas: cuius partus dum excluditur, septem diebus mare quietum est. Acalanthis est ea, quae Graece dicitur *ἀκανθίς*, dicta est Latine carduelis a carduo. DVMI vocantur aspera loca inculta collicosa [alii lusciniam].

340. MAPALIA loca deserta Punica. 20

345. AMYCLAEVMQVE CANEM CRESSAMQVE PHARETRAM. Amyclae oppidum Laconices: significat ergo Laconicum canem. CRESSAM Cretensem, quia ibi optimi sagittarii sunt.

351. *Ῥοδόπη* mons Thraciae. MEDIVM AXEM dicit Septentrionem.

382. RHIPAEO TVNDITVR EVRO. Significat vento, non utique 25 eo, qui ab ortu flat, sed eo, quem aquilonem vocamus. *Ῥhipaeos montes* quidam putaverunt Alpes, sed proprie sunt Rhipaei montes Scythiae. Scythium quidam interpretantur lupini colorem, quidam hibiscum.

408. Iberi Hispani, a flumine Ibero. 30

415. Galbanum medicamenti genus.

425. Calabria, regio, in qua Brundisium est oppidum.

1 hiemem *P* || finiunt *editores* fiunt *VPE* || ab eis *P* || 2 ab *om.* *P* || 3 Cyniphii *P* || setasue *VP* || Cyniphs *P* || 5 clicia *V* || 6 utantur *V* || 7 Munera *V* || te captam *VP* || 11 partis *V* || gregem] *An leg. gregis?* || lane *P* || 12 candidiore *P* || 15 Eoli *P* || Ceycis quae cum viro naufragio *Keilius* Ceicis quoi naufragio *E* Ceyce cui cum uero naufragio *VP* || admissio *V* || 16 *Fortasse* avem alcyonem *Keilius*, *sed cf. simile dicendi genus p. 366, 2 adhibitum:* Ceyx . . . . cum Alcyone . . . . mutatus in has volucres. || 17 Grece *P* || 18 *ἀκανθίς* *V* Acanthis *P* || carduellis *P* || 19 [alii lusciniam] quae ad *G. IV, 15 scholium olim pertinuisse videntur, seclusit Keilius* || 21 Amycleumque *P* || 24 Rhodope *P* || Tracie *P* || dixit *V* || 25 Rhyphoe *P* || tunduntur *V* || 26 fluat sed eum *V* || Rhyphoeos *P* || 27 montis *V* || quidam *om.* *V* || 28 Alpes *E om. VP* || proprie *P* || rhypei *P* || 31 Galbanum *Keilius* Galbani *VPE* || genere *V* || 32 oppidum] .op. *P*.

451. Scylla bulbi genus, unde inficitur acetum, quod scyllites dicitur. — Elleborum genus medicamenti venenati, quod interdum mortiferum est.

461. BISALTAE gens est Thracum, Geloni Scythiae, et utriusque a regionibus dicti.

475. Iapidia regio dicta est Histriae.

129. IPSA AVTEM MACIE [IMMODICE] TENVANT ARMENTA VOLENTES, et deinceps versus [que] sequentes. Significat sub tempore concubitus maribus pabulum subministrari otiosis debere, feminis omnia deneganda, insuperque eas etiam opere fatigandas, quia non aliter, quod ex maribus sit natum, possit conservare corporis decorem, feminaeque, nisi ieiunio exaruerint et labore, conceptum semen retinere non possint. Nam genitale arum sulcosque honeste obscoena equarum per allegoriam interponens, et ostendit et texit illecebras inductio amoris.

264. QUID LYNCEAE VARIAE. Videtur ideo eas illi adsignare, ut per earum colorem indicetur in vino varias hominum esse mentes, vel ut per eas saevitia demonstraretur, quod quidam poti infinitam excedunt crudelitatem, vel quod tale sit vinum, ut vi sua feras quoque sub suam potestatem redigat.

339 s. QUID TIBI PASTORES LIBYAE, QUID PASCVA VERSV PROSEQVAR ET RARIS HABITATA MAPALIA TECTIS? Numidae mapalia vocant tecta sua, quae † subducta sunt manibus suis post amissum regem Persea inversa pro domicilio habere coeperant.

Lib. IV, 1 s. PROTINVS AERII MELLIS CAELESTIA DONA PROSEQVAR. Quidam dicunt mel in aere nasci, quidam apes colligere: quo tempore Iuppiter in Ida nutriebatur, tum primum ex aere fluxisse eoque ipsum altum.

10. PETVLCI. Lascivientes haedi.

11. AVT ERRANS BVCVLA CAMPO. Vaccam dicit.

14. MEROPESQVE ALIAEQVE VOLVCRES. Meropes dicuntur aves, quas in Italia vocant barbaros, quarum vox quia multiplex capit

2 venenati om. V || 4 Bysaltę P || Scythę P || 5 regibus V || dicti om. P  
7 [IMMODICE] seclusit Keilius immodice P || tenuerat V || 8 uersusque sequentes  
PVE, [que] seclusi per dittographiam ortum || 9 feminis P || 10 denegando VP  
11 ex] et V || 12 femine que P || ieiunio V iuiunio P || exaruerunt VP || 13 continere V || possent VP || honesta V || 14 obscepa P || 15 Fortasse inducti Keilius  
16 linceas uarie P || assignare P || 17 inducitur VP || 18 seuitia P || demonstraretur P demonstraret V || 19 s. ferasque quoque V || 21 lybie, corr. libye m. I P.  
23 s. Fortasse quae subductis navibus suis post amissum regem et inversis Persae pro, cf. Sall. Jug. 18 Keilius || 24 coeperant] coeperunt (ceperit) P  
Sequitur in P col. rubr. Liber Quartus || 28 ipsum editores praeter Keilius,  
ipso VPE || 30 buccula P || 31 aliae V.

partitionem vocis, meropes appellantur Graece ἀπὸ τοῦ μερισμοῦ, quem Graeci vocant, nos autem partitionem vocis, quam iidem ὄπα dicunt γλωσσηματικῶς.

15. ET MANIBVS PROCNE PECTVS SIGNATA CRVENTIS. Hirundo quondam Procne, Pandionis filia, quae cum filium suum Itym Tereo 5 coniungi pro epulis posuisset, propter quod in avem mutata est, ideo dixit: Et manibus Procne pectus signata cruentis. In hirundinem Philomela fertur ab aliis, non Procne, versa.

30 s. CASIAE VIRIDES ET OLENTIA LATE SERPILLA. Casia genus herbae est odoratae. Serpillum herbae genus est, quod a serpendo 10 serpillum cognominatur.

63. TRITA MELISPHYLLA ET CERINTHAE IGNOBILE GRAMEN. Melisphylla est herba, quam plerique vocant meliloton. Cerinthon est flos luteus cuiusdam herbae, quae copiosissima est in Euboea.

125. \* in quo oppidum est impositum. Tarentum Lacedae- 15 monii condiderunt duce Phalantho, qui sunt dicti Partheniadae, nati, cum oppugnaretur Messene, non legitimo matrimonio. 'Oebalia arx' ab Oebalo dicitur in Lacedaemone hoc ipsum oppidum, quod praeterfluit Galaesus flumen.

127. Pompeius, cum oppugnaret piratas, remigibus eorum pro- 20 misit agros, si vicisset eorum adiutorio: quorum proditione victor Tarentinorum agros veteranis divisit, et quicquid deterrimum fuit, remigibus dedit. Cilices autem tunc exercuerunt piraticam. Est autem in Cilicia promontorium Corycium nomine uxoris Promethei, quae Κορύκιον est appellata. Dictum ergo 'senem Corycium' 25 Cilicem intellegi vult, hoc est remigem piratarum.

209 s. PRAETEREA REGEM NON SIC AEGYPTOS ET INGENS LYDIA. Lydia natio est in Asia.

210. AVT MEDVS HYDASPES: flumen Indiae, sed Vergilius Mediae dixit flumen Hydaspem. Hi Medi duce Alexandro Porum, regem 30 Indorum, et ipsam Indiam subegerunt.

1 Grece P || a merismo P || 2 Greci P || quem Graeci vocant om. V || autem om. V || idem VP || opa P οπη V || 3 glossematicos V Glossematicos P || 5 Tereo T, altero T del. P || 10 est herbae E || Serpilla P || est om. V || 11 serpillum P om. V || 12 Melyspilla P || Cerintha P || 13 Melyspilla P || Cerinthus V || 14 Eubea P || 15 \* in quo] in qua P Lacunam indicavit Keilius || Tarentum, corr. m. I P || 15 s. Lacedemonii P || 16 Partheniadae] Partheni inde V || 18 eballo P || Lacedemone P || 19 praeterfluit P || Galaesus Fl. P || 20 Pyratas P || 21 uictorum V || 23 pyratam P || Est] Et V || 24 Cylitia P || 25 Κορύκιον Keilius Κορύκιον V Corycion P || 26 Cylicem P || intelligi P || pyratarum P || 27 Praeterea P || Egyptos P || 28 Lydia] Lydie media P Lydia media E || nationes in Asia E || 29 AVT om. V || Hydaspes P || flumen] Fl. P || 30 Porum] Paerea V per eum PE Porea Keilius.

287. NAM QVA PELLAEI GENS FORTVNATA CANOPI. Pella est oppidum Macedoniae, patria Alexandri. Omnes autem Alexandrias Alexander constituit. Ergo Canopi Pellaei dicti sunt. Canopus est autem in Aegypto iuxta Alexandriam, a gubernatore dictus Menelai.  
5 Fortunatam autem dixit gentem propter agri fertilitatem.

317. PASTOR ARISTAEVS FVGIENS PENEIA TEMPE. Aristaeus Cyrenes et Apollinis filius est, idem pater Actaeonis, de quo locuti sumus in primi libri commentario, cum enarraremus <G. I, 14 s.>:  
Cultor nemorum cui pingua Caeae  
10 Tercentum nivei tondent dumeta iuveni.

PENEIA TEMPE. Peneos est Thessaliae flumen, quod in Pindo monte eiusdem terrae oritur. 'Tempe' autem sunt loca frigida, opaca, frondosa, copiosa fontibus vel fluminibus. Hoc commune omnium eiusmodi locorum est, et idcirco adiectum est 'Peneia' Tempe, quia  
15 poterant et alia intellegi. Dicitur quidem et iis locis praecipue, ubi Peneus oritur, ut in primo Metamorphoseon Ovidius refert dicens:

Est nemus Haemoniae, praerupta quod undique claudit  
Silva: vocant Tempe, per quae Peneos ab imo  
Effusus Pindo spumosis volvitur undis.

20 387. EST IN CARPATHII NEPTVNI GVRGITE VATES. Carpathium mare ab insula Carpatho dictum, quae existimatur obiecta Peneo.

389 s. HIC NVNC EMATHIAE PORTVS PATRIAMQVE REVISIT PALLE-  
LENEN. Emathia dicitur Macedonia ab Emathione, fratre Memnonis, ubi est urbs Pallene. Sed Proteus in Aegypto natus est, et propter  
25 crudelitatem Busiridis dicitur Pallenen petiisse et iterum rediisse in Aegyptum.

429 s. CVM PROTEVS CONSVETA PETENS E FLVCTIBVS ANTRA  
IBAT. Proteus Deus maris, solitus se in omnes figuras convertere.

462. ALTAQVE PANGAEA ET RHESI MAVORTIA TELLVS. Pan-  
30 gaeus mons est et Rhodope Thraciae: 'Rhesi tellus' Thracia, quae

1 Pellei P || 2 Macedoniae om. V || 3 constituit P || Pellei P || Fortasse Canopi incolae Keilius || 4 Aegypto P || dictus E dictum VP || 5 Fortunatam] Potu: natam V || 6 Aristheus P || Aristheus P || 7 Actheonis P || 10 dumeta, corr. dumeta m. I P || 11 Peneos] Peneo V || Tessalię Fl. P || 15 poterunt V intelligi P || in iis locis E Keilius || iis] eis P || praecipue P || 16 Metamorphoseos V Metha. P || Ovidius] oui P || 17 Hemonię P || praerupta quod] praeruptaque P || claudit — 18 Tempe E om. VP || 18 per que P || imo] uno V || 20 Carpatium, h add. m. I P || 22 NVNC] nŭo P || emathię, h add. m. I P || 22 s. Pallentem V || 23 Hemathia P || Emathione P || 24 ubi] ub P || Protheus P || Aegypto P || 25 Busyridis P || petiisse et ita E preteriisse et ita P || 26 Aegyptum P || 27 Protheus P || 28 Protheus P || omnis V || 29 Pangeę P || Rhessi P.

7 s. locuti summus] Cf. supra p. 351 || 16 Ovidius] Met. I, 568—570.

prius dicta est Aria ab Areo rege, patre Thracis et Edoniae, a quo Thracia dicta est, et quaedam gens est Edoniae. Latine autem interpretatur 'Aria' Martia sive Mavortia. Mavors autem dicitur 'magna vortens Deus'.

467. TAENARIAS ETIAM FAVCES. Taenaros est Laconices litus, 5  
in quo specus est, per quem Hercules existimatur descendisse ad Inferos et Orpheus.

520. SPRETAE CICONVM QVO MVNERE MATRES. Cicones natio Thracum, in qua oppidum est Ismaros.

535. ET FACILIS VENERARE NAPAEAS. Napaeae sunt Nymphae 10  
arvorum.

110 s. ET CVSTOS FVRVM ATQVE AVIVM CVM FALCE SALIGNA HELLESPONTIACI SERVET TVTELA PRIAPI. In Hellesponto est Lampsacum oppidum, in quo Priapus formosissimus dicitur esse, quem cives eius colunt ut Deum. Is autem in horto ponitur, ut avibus formidini sit, itemque noctu furibus, quod interdum custos videtur stare. 15

231. TAYGETE Vergiliarum ostendit sidus: *συνεκδοχικῶς* una ex his hoc nomine appellatur, e qua totum astrum significatur Pleiades, quoniam cum hac Iuppiter concubuit in monte, qui ex eventu Taygetos dicitur. 20

246 s. INVISA MINERVAE IN FORIBVS LAXOS SVSPENDIT ARANEA CASSES. Mars devicta Thracia dicitur Minervae donasse regiam puellam ex captivis nomine Arachnen, quae subtilitate operis lanificii negavit se cedere Minervae. Ob hoc in araneam ab ea conversa est, et Graece *ἀράχνη* vocatur. 25

380. 'Maeonium' Liberum Patrem dicit, quia Lydia Maeonia appellatur.

371. TAVRINO CORNVA VVLTV [erigi]. Eridanus sive Padus et ideo taurino vultu, quod eius sonus ut tauri mugitus, et ripae flexuosae ut cornua sunt. 30

1 Aria ab Areo *E* Arsa ab Arseo *VP* || 2 quedam *P* || Edonia *V* || 3 interpretatur *P* || Aria *Keilius* Arsa *VP* ansa *E* || Marsia (*corr.* Martia) est siue Mauorsia (*corr.* Mauortia *m. I*) *P* || 5 Tenaureas *V* Tenareas *P* || Tenaros *P* || 8 Cyconum *P* || Cycones *P* || 9 est oppidum *V* || 10 faciles *V* || Napeas Napee *P* || 13 Hellespontum *V* || 14 formosissimus] *An leg.* formidolosissimus? || 15 in orto *P* || ut] aut *V* || 16 interdum *editores* interdum *VPP* *Illud* interdum *post* formidini sit *transponere malim* || 17 Syneodochicos *P* syneodochicos *V* || 18 his] iis *P* || 19 in] cum *P* || 21 s. IN FORIBVS LAXOS SVSPENDIT et CASSES *om.* in lacunis *VP* || 23 nom *P* || Aracne *V* || 23 s. lanificii *V* || 25 Grece *P* || 26 Maeonium *P* || Meonia *P* || 28 [erigi] *ex sequenti* Eridanus ortum *seclusit Keilius, om.* *E* frigi *VP* || 29 ex ideo *V* || 30 sint *V* || Imperfectum opus | et mutilum *in fine add. V* Finis. Distichum Alcimii | Mantua da ueniam fama sacrata perenni Sit fas Pharsalia post Simoenta legi *P*, *cf. Anthol. Lat. ed. Riese nr. 233 (I p. 161), ubi Thessaliam pro Pharsalia legitur.*



## Addenda.

*His subiciuntur aliquot in Probi comm. coniecturae, quas Georgius Thilo meus in sua de Probi comm. scriptiuncula post illius mortem per Sam. Brandtium in Fleckeiseni Annal. philol. a. 1894 p. 289—304 et p. 421—432 publici iuris facta proposuit.*

*P. 323, 4 vico Andico] Reifferscheidii coniecturam in vico Andibus ideo reprobendam, quia in huius comm. sermone Africitas quae dicitur quaedam inveniatur.*

*P. 323, 14 s. bello Cantabrico hac quoque ingenti industria (confecta) vel (absoluta) ab Augusto etc.*

*P. 324, 2 Varus] Marius*

*P. 324, 10 omnes Graeci in deserta loca refugerunt*

*P. 324, 19 praestarent] praestant*

*P. 324, 20 ex forma (vehiculi) quo*

*P. 325, 2 Lyaeam] Ἀστυλακον, cf. Schneiderwin. in Mus. Rhen. IV p. 141.*

*P. 325, 7 obligarent (et)*

*P. 325, 8 haberent] cumque retinendum et postea pedo essent vel pedo incederent inserendum.*

*P. 325, 11 s. Verba: Quod genus — nominantur ob vocabulorum ominarentur et nominantur similitudinem in codd. intercisisse videri.*

*P. 325, 16 e Taurice*

*P. 325, 20 (sive quod facem gereret) vel (sive a face quam gerebat) ante sive quod inserendum, cf. Serv. A. II, 116.*

*P. 325, 21 nomen] numen*

*P. 325, 23 Quae cum incrementassent] Quae cum incrementa cepissent vel Quae cum laesi incrementi essent*

*P. 326, 2 lactis] Post hoc aliquot verba intercisisse videri, quibus homines illos, qui greges sacras custodiendas susceperant, carmina quoque, unde postea carmen bucolicum ortum esse dicebatur, festis templi diebus cecinisse commemorabatur.*

*P. 326, 4 Latapadon] Ἀάθα (= Ἀθήνη) παθῶν*

*Ib. Micotes] Μυχώδης, a vocabulo μυχός deriv.*

*Ib. Eugiton] Εὐγιέτων, quod iam Duebnerus viderat.*

*Ib. Stracteos] A stirpe στραγ, h. e. 'vertere' derivatum esse videri.*

*P. 326, 5 Polie] Idem nomen esse videri, quod l. 14 Pecoli dicitur, cf. adnot. nostram ad p. 326, 15.*

*Ib. Argeades] Ad vocabula ἀργής vel ἀργήεις, i. e. 'candidus', 'candide splendens' referendum.*

*P. 326, 24 (id) in primo*

P. 327, 4 una] urbana

P. 327, 13 congruentibus (rustico) sensibus

P. 328, 19 inter prima (et postrema)

P. 328, 30 (cum) plasmate, cf. *Atil. Fort. G. L. VI p. 282, 18 K. sine plasmate*

P. 329, 1 Libyca pro Laconica ab ipso comm. auctore scriptum esse videri fallente memoria.

P. 331, 30 quaeritur an poeta quattuor (elementis, filo) sofis et poetis annuentibus principia r. c. c. vel quaeritur an poeta quattuor (esse elementa filo) sofis (adsentientibus praesumat) et an his (sc. elementis) omnibus principia r. c. c.

P. 332, 6 aut (ut) admirabile

P. 332, 7 nam si (sua auctoritate) confirmet

P. 332, 24 Vel fama del. vel scrib.: Hic autem (non) Famae, (sed) Sileni, aequae Dei, auctoritate quae canit confirmat.

P. 333, 11 Ubi autem ait] Item ubi ait

P. 333, 12 s. (non) pro fluenti dixit

P. 334, 1 s. aera, qui ex summa montium ad ima terrarum (vel: qui inter summa montium et ima terrarum) segnius iaceat

P. 334, 10 id] ideo

P. 334, 27 terra ex aer corruptum a lectore quodam, qui Homerum cum Cicerone congruum exhibere volebat.

P. 334, 28 in aere ex inde Iunoni corruptum ab eodem, qui l. 27 terra correxerat.

P. 335, 23 (qui) par est

P. 336, 16 petisset] sensisset vel simile quid.

P. 338, 3 s. Post verba: in quo ista fiebant nonnulla intercuisse videri.

P. 338, 9 iam et hic retinendum.

P. 338, 10 ut non dubie] non dubium (igitur quin)

P. 338, 14 ut om.

P. 338, 19 quamquam cum MP om.

P. 338, 20 velint] voluit

P. 338, 21 videatur] credatur cum MP

P. 341, 13 inter illa duo humor, quasi Oceanus, inclusus (vel interfusus) et aer, in quo calor.

P. 342, 15 nisi terrae mariaque iacentia

P. 342, 17 s. nonne iterato eo incidit, quin immo consequitur nomen aeris?

P. 342, 19 s. Iuno (aer), Diana eadem erit quae luna

P. 342, 20 et luna] cum luna

P. 343, 21 universa pars] universa Ζάς (= Ζεύς) vel universitas

P. 343, 23 tractata cum E

P. 344, 2 Varronis fragm. usque ad l. 7 Samothrace pertinere.

P. 344, 2 cognomen] de cognomento

P. 344, 6 Item non Varronis, sed scholiastae esse videri.

P. 344, 9 terram] Pro accusativis dativas formas ponendas, nisi iam comm. auctor haec ita corrupisse dicendus sit.

P. 344, 15 possimus cum MP.

\* \* \*

*Practerea inter Lionis vol. II Corrigenda et Addenda (vol. II p. 490 s.) loci aliquot comm. Prob. leguntur, quos ille errore nescio quo seductus omiserat, cum his scripturae discrepantiis:*

*P. 330, 22. 331, 1—4:* Apollo idest] Apollo in terra | oriantur] oriuntur | maturentur] maturescunt | gratam] gratum | Daphnen] Daphnem | ei] *om.* | compositum est] composuit | Amyclesi] Amydesi.

*P. 331, 5—8:* nomina regum] *om.* | hyacinthus] *om.* | Hyacinthus] Hyacinthus enim | A. I. A.] Hya.

*P. 353, 31. 354, 1—6:* relinquit] reliquit | scorpio] Scorpius | tenet] teneat | est posita] posita | quam] quae | cauda] caudam | flexisque] flexis | membra duorum] *om.*

*P. 354, 7—23:* NAM TE — PROSERPINA MATREM] *etc.* | Tartaros] Tartarus | in praeceps — suspectus Olympum] *etc.* | permisit] permittit | Iuppiter] Iuppiter autem | filiam] filium | totidem vero apud Inferos] et totidem cum viro.

*P. 357, 16—358, 4:* HYADAS — ARCTON] *etc.* | *πλεῖν*] *πλέειν* | sit tuta navigatio] prima cura sit navigio | radiare] radiata | tamen] tantum | apparet] apparent | et in ore] aut in ore | a subus] *ἀπὸ τοῦ ὀσίου* | *ῥεῖν*] *ἔειν* | id est a] hoc est | hoc est] Hoc | Arcton] arctor | Septentrionem] Urionem | Helice] Elice | vocatur] *om.* | Cynosura] Cynosura vocatur.

**SCHOLIORVM VERONENSIVM**  
**IN VERGILII**  
**BVCOLICA GEORGICA AENEIDEM**  
**FRAGMENTA.**



## BVCOLICA.

\* \* \*

ECLOGA III.

\* \* \*

- 224 a 27. STIPVLA DISPERDERE CARMEN. Significanter illud Theocriti translatum locavit: ἀρκεῖ σοι καλάμας ἀύλων ποππύσδεσεν | ἔχοντι. 'Disperdere' eleganter: ex loco, quod 'in triviis', re, quod 'stipula', sono, quod 'stridentī'. | 5
- c 29. VITVLAM. Mo[re huius] | operis auditor \*. Par (tu)[s bovum] | apud veteres [sic voca]bantur, ut co[mici] | arietes, at tra[gici] hirquos; hero[ici \*, at] | lyrici tauros [dicunt.] |
- a 30. BIS VENIT AD MVLCTRAM. Adnotandum, quod hic 'mulctram' 10 feminino genere posuerit, cum alibi neutro: inplebunt mulctr[alia vaccae. Hoc] | autem est ex illo Theocriti: μὀσχον ἐγὼ θήσω, σὺ

V = Cod. bibl. capituli Veronensis nr. 38 palimps. saec. V—VI.

H = Herrmannus.

M = Maius.

K = Keitius.

S = Servius.

Sa = Servius auctus.

4 ἔχοντι] EXONTEI V || 7 mo[re huius] H m — MK || auditor supra lin. V || auditor \*] Librarii vitio vacca (cf. Schol. Bern.: 'Vitulam' dixit pro vacca) vel iuvenca (cf. Serv.) excidisse videtur, a quo ipsum illud auditor prius neglectum fuerat, quod non cum Herrmanno pro vocativo, sed pro imperativo habendum (i. e. 'intellegatur') || par (tu)[s bovum] H parat — MK auditor [iuvenca: nam ante] partum [vitulae] apud veteres [voca]bantur coni. Thilo verba iuvenca nam ante iam a librario omissa esse statuens || 8 [sic voca] | bantur H — | bantur K || ut] (a)ut K || co[mici] H [comici adipiscerentur praemii loco] spatii ratione non habita male supplevit Maius; praeterea hoc loco de diversis diversorum poetarum dicendi generibus agitur || at tra[gici] nos ac tra[gici] H a(b) tra — K utrum at an ac in codice scriptum esset dubitans ut tr[agici] M 9 hero[ici \*, at] nos post heroici librarii negligentia vocabulum excidisse statuentes, quo heroicorum dicendi generibus agitur || nos lyricorum consuetudini opponeretur, quod probans Thilo iuencos supplendum esse coniecit hero[ici ac] H hero[ici] ... M hero — K || tauros. MK [dicunt] ad spatium supplendum probabiliter addidit H || 11 inplebunt supra lin. script. V || 11 s. mulctr[alia vaccae. Hoc] H mulctralia vaccae. Hoc M mulctr[alia vaccae. Totum] K quod Thiloni magis adrisit, qui et de DEPONO (v. 31) lemmate cogitavit.

3 s. Theocriti] V, 7 || 10 Adnotandum] Cf. Serv. ad E. III, 30 || 11 inplebunt] G. III, 177 || 12 Theocriti] VIII, 14.

δὲ θεῖς ἰσομάτορα ἄμνον et reliqua. BINOS ALIT VB[ERE FOETVS dixit] suo more 'binos' pro duobus, ut alibi: Bina manu lato crispans hastilia ferro. Praedicatio vitulae est, quae duo[s foetus alat.]

c 31. QVO PIGNORE CERTES. | Quo opere configas | vel quod praemium ad certamen exhibeas. |

33. INIVSTA NO[VERCA cum] | sint et ali[ae tales.] | Fuisse aute[m quidam] | tradunt no[vercam] | etiam Iniu[stam] | vocatam. |

b 34. BISQVE DIE NVMERANT [AMBO PECVS. Nu]mer(a)n(t, ut) non sinant quicquam | de grege imminuere. ALTER ET HAEDOS. Alteruter etiam haedos, ut cura | propensior indicetur, cum etiam 10 haedorum numerus requiratur. |

37. ALCIMEDONTIS. Fictum nomen artificis: nusquam enim laus huius operis invenitur. | Et voluit obscuriorem sensum reddere. No[men] aut[em addens] arti[ficis pocu]lorum | pignus futurae concertationis adiuvit. |

c 38. TORNO FACI[LI idest] | sculptura, [nomine] | a sonitu lign[i ducto.] |

39. 'Corymbi' sunt hed[erae] | fructus granis in [orbem] | inter se coeunt[ibus.] |

224\* a 40. [ET QVIS FVIT ALTER — | quaeritur, quis significatus i]ta 20 de pluribus sit. Alii namque Eudoxum tradunt, plerique Aratum, |

1 θεῖς omissa particula γ' vel τ' legitur etiam in Theocriti codicibus k. a. s. 9. L., cf. *Fritzschium* || ἰσομάτορα] ΙCOMAPTYRA V || VB[ERE FOETVS dixit] KH ubere foetus M || 3 duo[s foetus alat] H duo[s foetus habeat] K || 4 Quo opere] Hanc minus aptam esse interpretationem recte Thilo monuit, quia Damoetas nondum scire poterat, Menalcam opus aliquod esse depositurum; sed hoc vitium non ad librarium sed ad ipsum scholiastam redire idem bene vidit || 6 INIVSTA — 7 vocatam primus legit et supplavit H || 6 NO[VERCA cum] suppl. Thilo NO[VERCA] H 6 s. Fuisse — vocatam] Futile aute[m quod quidam] tradunt no[mine] istam Iniu[stam] vocatam coni. Thilo || 8 s. [AMBO PECVS nu]mer(a)n(t, ut) non sinant H [ambo pecus: ineuntes] numerum non sinunt K [ambo ineuntes] numerum non sinunt M || 9 imminuere] imminui coni. Thilo || 14 No[men] aut[em addens] (no[mine] aut[em addito] coni. *Buecheler*) arti[ficis pocu]lorum H noluit — (faedera) — — — orum K . . . faedera . . . orum M || 16 FACI[LI id est] H facili . . . M facili — K || 16 s. [nomine] | a sonitu lign[i ducto] suppl. *Buecheler* — | a sonitu . . . K . . . M [FACILI] a mollitie lign[i] dubitanter coni. Thilo ad *Schol. Bern.*: 'facilis' ad materiam refertur provocans || 18 hed[erae] M hed — K || in H h MK || [orbem] suppl. *Buecheler* || 19 coeunt[ibus] H coeunt — K coeunt. M || 20 s. [Et quis fuit alter. Quaeritur quis significatus i]ta de pluribus sit K ['et quis fuit alter': — — — | quaeritur quis significatus ita de pluribus] sit H, sit iam periisse adfirmans Et quis fuit alter? . . . ta de pluribus sit M || 21 Eudoxum corr. M endoxum V.

2 pro duobus] Cf. *Serv. ad A. I, 313* || Bina] *A. I, 313* || 6 et aliae] Cf. *Serv.*: INIVSTA NOVERCA. Epitheton generale novercarum || 14 Nomen autem] Cf. *Serv.*: Laus ab artifice || 18 Corymbi] Cf. *Serv.* || 21 Eudoxum] Cf. *Serv.* || Aratum] Cf. *Schol. Bern. et Serv.*

[qui Phae]nomena scripserit; nonnulli Archimeden, quidam Hipparchum vel etiam Euctemonem; de Hesiodo | [cogitare in]pri]mis convenit; aliqui Eucliden astrologum significari putant. IN MEDIO Cornutus sic aestimat dic[tum esse, ut]: In medio mihi Caesar erit pro 'eminebit'.

5

a 40. [DVO SIGNA]. Duos libros putatur ostendere, quos nondum publicaverit. |

c 44. Alcimedontis aut[em] | [nulla es]t apud veteres opinio | [aut c]aelator accipitur | [cuius Theo]critus meminis | [set.]

46. [IN M]EDIO POSVIT SI(L). SEQV. | [Fabul]arem opinionem | 10 [de carm]ine Orphei tradit . . | [quate]nus agrestes ho[mini]m mores ab eo | [poe]ta formati sunt. |

50. ['Palaem]onem' Augustum, | [quippe q]ui iudex sit poeta-rum, | [voca]ns. Mora adhibenda | [ante 'v]el'.

51. VOCE hoc est | [canta]ndo.

15

\* \* \*

1 [qui Phae]nomena scribserit *suppl. Thilo, quod ita probo, ut ob spatii amplitudinem illum qui coniciam . . . ae nomen ascriberit M* — ae nomen ascriberit *K* — (i) nomen ascriberit *cod. teste Hermannno, qui [sed horum] nomen ascriberit supplevit* || scripserit] scribserit *V* || 1 s. Hipparchum *corr. M* hippasychum *V* || 2 Euctemonem *corr. K* eucdaemonem *V* (ad *Eudaemonem a Vitruvio IX, 7, 7 nominatum provocavit Maius*) || [cogitare in]pri]mis *H* — ntis *K* . . . utis *M* De inprimis *supplemento Thilo dubitat, quia Hesiodus non fuerit mathematicus, sed conf. v. 42 et Prob. ad h. l., Schol. Bern. ad v. 37 et 42* || 3 Eucliden *corr. M* eucliden *V* || 4 dic[tum esse ut] *H* dic | [tum esse ut illud] *K* dic[it in medio sicut ill]ud *M* || 6 [',duo signa'] *H* Duo signa *M* et *K* Quod scholium quia inter lineas scriptum esse dicitur, ad v. 36, quem in priori folii pagina scriptum fuisse certum est, pertinere, id quod *Thilo* *concl. Schol. Bern. ad v. 36: 'Poecula' allegorice duo libri Georgicorum conicit, minus crediderim. Idem de v. 43 quoque cogitavit* || 8 s. Opus Alcimedontis aut (eius) | [nulla es]t apud veteres opinio | [aut c]aelator accipitur | [cuius Theo]critus meminis | [set] *H* Opus cum apud *Keilium non extet, num in codice legatur dubito; accedit, quod versus 37, in quo OPVS ALCIMEDONTIS lemma legitur, in priori folii pagina scriptus fuit, quamquam Alcimedontis nomen v. 44 memoratum scholastam, ut prioris lemmatis reminisceretur, adducere potuit. Posterior scholii pars significare videtur, si Alcimedon caelator extitisset, Theocritum eius mentionem facturum fuisse. Alcimedontis aut | — put veteres opinio | — lator accipitur | — critus meminis | *K* totum scholium *om. M* || 8 apud *H* put *K* || 10 [IN M]EDIO *H* — edio *K* SI(L). SEQV, hoc est SILVASQVE SEQUENTES *V* sic seq *K* || [fabul]arem *suppl. Thilo* (An: [popul]arem?) — aulae *H* — (i)a *K* [Augusteae] aulae *suppl. Buecheler litterarum numerum supergrediens* || 11 [de carm]ine *suppl. Thilo* [de nom]ine *H* — ne *K* || tradit] Cum in huius vocabuli sine punctum inveniatur, *Herrmannus sequentes litteras duas evanidas ad posteriora pertinere eisque, cum prior S esse videatur, vocem silvas inesse suspicatur. Quod si recte statuit, certe propter spatii exiguitatem non SILVAS plenis litteris, sed SIL vel s. scriptum fuit. traditur K* [quate]nus *H* — (ter) *K* tradit. *Revera con. Thilo* || ho[mini]m *H* ho — (ne) *K* || 12 [poe]ta *H* — *K* An [musi]ca? || formati sunt *K* formatae sint *H* Totum scholium apud *Maium* *deest* || 13 [Palaem]onem *H* — [Palae]monem *K* [quippe qui] *H* — ui *K* || Venit ecce Palaemon. Palaemon Augustum intelligit, qui iudex sit poetarum . . . ceteris omissis *M* || 14 s. — s . . . pora adhibenda — e(i) uoce hoc est | — ndo. *K* *suppl. H* || 14 vocans] vocat *mauult Thilo*.*

4 In medio mihi] *G. III, 16* || 12 formati sunt] *Cf. Serv. ad Aen. VI, 645* || 13 Augustum] *Cf. Schol. Bern. v. 48. 50* || 14 Mora] *Cf. Serv.*



## ECLOGA V.

\* \* \*

219 a 88. praemiis Ajax Hectorque discedunt. 'Pedom' autem est baculum recurvum, quo pastores utuntur, [ut operis auxilium] | aut adminiculum pedum sit, ut ait Ennius in Ifigenia: gradum proferre pedum nitere cessas o fide? ['Pedom' dicitur ab eo, 5 quod] | pastores pedes ovium retrahere soleant. Ut autem inputaret munus suum, ait: quod m[e cum saepe rogaret] | Non tulit Antigenes, additque: et erat tum dignus amari. Cetera etiam ad laudandum pedum di[cuntur.] |

## ECLOGA VI.

10

1. PRIMA SYRACVSIO. (Aut nostra) ex omnibus prima, quasi primus Latine Bucolicon Vergilius sc[riberit versu usus] | Siciliensi, idest Theocriti. Est autem ὑπέρβατον, nam ordo hic est: 'prima nostra Thalea dignata est | [versu] Syra[cusio ludere nec erubuit silvas habitare'], aut Sicil[iensi ἀλλήγορικῶς, quasi primus ex Ro- 15 manis bucolicon co[n]diderit carmen.] | SYRACVSIO VERSV Theocriti,

2 praemiis] *Verbis* praemiis — discedunt *locum a commentatore laudatum contineri suspicatus est H*; ante praemiis totius lineae interitum notavit idem, in qua haec fere vel similia scripta fuisse conicias: AT TV SVME PEDVM ut apud Homerum <II. VII, 303>: datis inter se praemiis etc. At tu sume pedum . . . praemiis alacer uterque discedunt e coniectura M || Ajax] alax M || 3 [ut operis auxilium] K nullam lacunam dedit M || 5 s. fide? [Pedom dicitur ab eo quod] H fide [dux? Pedom ab eo quod] K fid . . [Pedom dictum est quia eo] M eo vel simile quid supplendum esse demonstrant Serviana et Scholia Bernensia 6 ovium corr. M, cf. Schol. Bern. bovium V pecudum Serv. || 7 m[e cum saepe rogaret] K me cum saepe rogaret M || 8 Cetera autem K || 9 di[cuntur] K [dicuntur] M || 11 (aut nostra) superscr. in cod. teste H Aut nostra M (aut nostra) KH || prima om. M || 12 Latine om. H || sc[riberit] . . . Siciliensi M sc[riberit versu usus] Siciliensi K || 14 s. dignata est | [versu] Syra[cusio ludere nec erubuit silvas habitare] aut Sicil[iensi ἀλλήγορικῶς H dignata est [versu Syracusio lud] ere nec erubuit silvas habitare] aut [Siciliensi] ἀλλήγορικῶς K dignata est . . γορικῶς M Totum scholium e pluribus consarcinatum esse probabiliter coniecit Thilo, qui verba ἀλλήγορικῶς quasi primus etc. non ad Siciliensi, sed ad totos v. 1 et 2 olim pertinuisse ratus est, pro aut Siciliensi, quae consarcinatori deberentur, PRIMA SYRACVSIO et reliqua olim scripta fuisse statuens. Illud aut, quod ante Siciliensi legitur, olim scholium in fine posito praefixum fuisse suspicor, quod ipsum illi interpretationi Aut nostra ex omnibus prima etc. respondisse videtur || 16 [condiderit carmen] H co[n]diderit carmen] K co[n]diderit] . . . M.

3 baculum recurvum] Cf. Serv. et Schol. Bern. || 4 Ennius in Ifigenia] Cf. Fest. p. 249 ed. M., p. 324 ed. Theureck., Enni fragm. p. 120 trag. rel. IX Iphig. II ed. Vahlen. || 6 pedes ovium] Cf. Serv. et Schol. Bern. || 7 quod me] Buc. V, 88. 89 || 8 et erat] Buc. V, 89 || 11 s. quasi primus] Cf. Serv. auct. || 13 Theocriti] Cf. Serv. et Schol. Bern.

ideo dictum, quia Syracusae, metropolis Siciliae, civitas, de qua Theo[critus natus erat] | pri . . . . . e . . . . a . . . . s . ta . carm(ina in ponuri) nota Syracusis.

b DIGNATA EST adroganter dictum, quasi potuerit maiora scribere [quam Bucolicon] quod ex facili compositione [paratur. | LVDERE 5 autem, ut Horatius]: Nec sicut olim lusit Anacreon, vel Veronensis Catullus: [Cui dono lepidum novum libellum] | Arido modo pumice expolitur? Corneli, tibi: namque tu solebas Meas esse aliquid putare nugas. Item Horatius: [Ibam forte via | (sacra, sicut meus est mos, Nescio quid meditans 10 nugarum.)

2. SILVAS HABITARE] antiqua consuetudine, sic[ut: Centum urbes habitant] | magnas, ut Graeci dicunt: *πλέει τὴν θάλασσαν*, et alibi Vergilius: cava trabe currimus aequor pro 'sup[er aequor currere.'] | 15

7. TRISTIA CONDERE BELLA. Aut epitheton est omnium bellorum 'tristia' aut specialiter ad civilia bella res[picit, non canentibus] | tristia, sed illis, contra quos gesta sunt. CONDERE pro 'componere'; sic Horatius: Condo et compono, quae m[ox depromere possim.] | 20

d 4. VELLIT sicut iis solemus facere, quos admonemus. VELLIT praeteriti temporis est, ut 'admonuit'. 'Cynthium' Augustum ait. |

1 ideo dictum *om.* *K* || 2 Theo[critus natus erat] *K* Theocritus . . . *M* || 2 s. *Verba* pri . . . . . — Syracusis *primus detexit H* *An:* PRI[MA] PRIM[us] CIPALI[A] [bucol] [i]ca carmina inprimis nota Syracusis? *cf. Schol. Bern.* PRIMA SYRACOSIO D. L. *VERSU* i. e. carmina imitari nata Syracusis *coni. Thilo* || 5 [quam bucolicon] *M* || 5 s. compositione [paratur. | LVDERE autem ut Horatius] *coni. Thilo* compositione [paratur. | Ex loco superiore loquitur] *ex Servio:* et 'dignata est' sic dixit, quasi ex loco superiore *supplens H* compositione . . . *M* compos — | ————  
——— *K* || 6 sicut *V* sic ut *H* siquid *Horatius* || 7 [Cui dono lepidum novum libellum] *K* Cui dono lepidum novum libellum *M* Toti *versui olim hic fuisse locum negat H;* fortasse vox libellum *initiali tantum littera significata erat* || 8 pumici *H* || 9 Horatius *MH* Hora[tius] *K* || 9 ss. [Ibam forte via | (sacra sicut meus est mos nescio quid meditans nugarum.) silvas habitare'] *II* [Ibam forte via.] | (sacra sicut meus est mos nescio quid meditans nugarum.) Silvas habitare *K* Ibam forte via sacra sicut meus est mos Nescio quid meditans nugarum. Silvas habitare *M* || 12 s. sicut [Centum urbes habitant] *K* sicut: Adque humiles habitare casas <E. II, 29> . . . *Servium secutus M* || 13 *πλέειν M* || 14 s. sup[er aequor currere] *K* [super aequor] *M* || 17 s. res[picit non canentibus] *H* re[spicit non canentibus] *K* respicit [quae fuerunt] *M* || 19 s. m[ox depromere possim] *KH* mox depromere possim *M* || 22 praeteriti *corr. M* praeteri *V* || est *om. MK* || Cynthius. Id est Augustus aurem . . . *M.*

6 Horatius] *Carm. IV, 9, 9* || 7 Catullus] *I, 1—4* || 9 Horatius] *Serm. I, 9, 1, 2* || 12 Centum] *A. III, 106* || 14 cava] *A. III, 191* || 16 s. omnium bellorum] *Cf. Serr.* || 18 s. pro 'componere'] *Cf. Serr. auct.* || 19 Horatius] *Ep. I, 1, 12* || 22 'Cynthium'] *Cf. Schol. Bern.*

5. DEDUCTVM CARMEN tenue gracile subtile, quale Bucolicis co[n]uenit, | origo a ——— quia haec deductiores sunt, idest tenuiores. |

6. Ordo hic est: 'nunc ego, Vare, agrestem tenui Musam meditabor harundine'. Supersunt autem, qui laudes tuas dicant. 5

7. CVPIANT κατ' ἐξοχήν legendum: 'dicere cupiant', sed implere non possint. |

219\* a 9. [NON INIUSSA CANO.] Cornutus putat hoc ad Musas pertinere, sed illud magis accipiendum: Cynthius aurem vellit et admon | [uit, scilicet quia iussu Au]gusti admonitus sit, ut Bucolica 10 scriberet. SI QVIS TAMEN HAEC QVOQVE SI QVIS. Iucunda ἐπανάληψις: | [si quis delectabitur his |]icet (rusti)cis.

10. TE NOSTRAE VARE MYRICAE idest: te etiam humilia canent, et pastor alibi: carminibus | [vestrum servasse] Menalcam. Ab numinibus nostris caneris. Varum ergo prosequitur hoc epi- 15 cedio, cui etiam conloquia | [illa sub puerorum pers]onis inpendit. Duobus tamen illis pastoralia nomina adfingit, Silenum vero Sirona philosophum | [intellegit. Nam Siro]na et Vergilius audivit. Hic tamen (Siron Epicureus traditur ...) |

